Petrus Crusius ab Aalen, diocoesis Augustanae 26 Octobr[is].

Philibertus de Colügny, diocoes[is] Bizunt[inae] 5 Nouembr[is].

Pancgratius Brack, Tirolensis, diocoesis Brixiensis, 12 Nouembr[is].

Philibertus Very, Amasiensis, diocoesis Lugdun[enesis], 23 Nouemb[ris].

Philippus Iacobus Wurmser, Argentinensis eiusdemque diocoes[is], 11 Aprilis anni 1564.

Remadus Huart a Stabullans, Arduenas, diocoesis Leodiensis, magister artium, 24 Octobr[is].

Wilbrandus Rassfelt, Embdensis, diocoesis Monasteriensis, 12 August[i].

Wolfgangus Ludouicus Metsgerus ab Hefingen, 12. Ianuar[ij].

D Cotard Laurentius Holtman

[80]

Ioannes Philippus a Cronberg obijt 16 Iulij balnei cui sese commiserat importunitate, idque fere prope pontem.

Ioannes Guyanus, Arentanus, Bizuntinae diocoesis ac procurator generalis huius almae vniuersitatis Dolanae obijt.

Ioannes de Ciergier, quaestor emendarum sanctae capellae Georgij decessit.

Antonius Brugnard, professor artium vniuersitatis Dolanae, vitam cum morte commutauit 20 Februarij.

Emundus Badier, distributor academiae Dolanae, ex hac vita migrauit.

Quae hoc n[ost]ri magistratus tempore aliqua memoria digna accidere.

[*am linken Rand*] Jacobum Drohotum ad curiam delatum algovium fere …ch..us Bisunt …. ... ... deputatus ... ... collegio …. informatus .......... p.....tian.. ............ vide fol 43 verso.

Hic primum illud occurrit, quod archiepiscopus Bizuntinus de Iacobo Drotho, de quo antea locuti sumus, negotium ad supremam curiam reiectum intelligens, agerrime se id ferre venerando collegio exposuit literis 25 Aprilis datis, tandem re melius cognita cum literis tum internuncijs ad hoc deputatis iuris vtriusque doctori Ioanne Graio et viro religioso Ioanne Doiroz, ordinis Cluniacensis, mutauit sententiam et contra Drothum legitime processum usque nostram electionem

D Cotard Laurentius Holtman

[81]

electionem idonee ventum die septima Maij rescripsit: neque enim venerandum collegium vt studiosum dictum Drohotum ad supremam curiam detulit ~~xxxxxxxxxxxxxxxxxxxxxxxxxxx~~ accredit eo, quod conseruatores et temporales et spirituales in hac caussa adhibiti fuerint. [*am rechten Rand*] Laurentius Holtman D. Cotard

Fuit etiam inter Germanos quosdam Franciscum ab Hatzfeldt a Weißweiler et Petrum Rindorff Coloniensem summa dissentio, quae me auctore et Germanis multis intercessoribus tandem aliquando composita fuit.

[*am rechten Rand*] de jurisdictione rectoris de quod non debeat curia cognoscere etiam in criminalibus contra scholares

Die 9 Februarij nobiles adolescentes Ioachimus et Philipbertus de Colygny, fratres, in auditorio ciuili vulneris inflicti nomine Antonio Poly, adsessore Maranchiano I.V.D. a Petro Lambelin, vniuersitatis procuratore generali, accusati fuere fuitque mihi non parua difficultas cum suprema curia [*am rechten Rand:* difficultas rectoris cum ~~repetente~~ propter inflictum vulnus Antonium Poly …decrebant de Coligny quod t…. citandeat curia] ob ia, allegatum vulnus atque eo maior, quod cum fortissimo aduersario supremae curiae senator, Iacobo Poly, patre dicti Antonij Poly, fuit concertandum: qui sua vehementia eo rem adduxit, vt iam antedicti adolescentes Ioachimus et Philibertus semel et iterum citati et contumaciae condemnati tertio citarentur non obstantibus ~~iam~~ allegatis fori praescriptionibus, qua re effectum, vt ipsemet, ne quid respublica literaria detrimenti caperet apud consilium supremae curiae caussam agendam putarim, quod quio feliciter satis cessit, non putam committendum, vt quid in hanc rem atque sententiam dixissem, hic non annotarem, et quid responsi postea tulerint, simul adscriberem, idque eo lubentius facio, quod hisce annalibus etiam leniora videre sit inserta.

D Cotard Laurentius Holtman

[82]

[*am linken Rand*] Oratio rectoris ad senatum, vt scholastici c……osi ad suam jurisdictionem ……….

Quod precatus sum a deo opt[imo] max[imo] P. C. cum tanto et consensu et applausu omnium tum studiosorum tum aliorum bonorum virorum in hanc quam videtis spartam quasi detruderer, vt si mea commoda studiosorum saluti anteponerem, poenam sempiternam vel mea voluntate lubenter sustinerem: sin autem nostrae reipub[licae] literariae vtilitati posthaberem, mihi vel hoc solo gratularer quod incommodi quid eius caussa susciperem; id mihi adeo adhuc insidet, vt et cum famae et vitae periculo studiosis meis deesse nec possim nec velim, cum ea quae dicturus sum, non eos solum, sed et salute nostrorum privilegiorum spectet. Agam enim de statutis nostris, et ne quid de ijs a vobis deminuatur simul etiam precabor: quod dum facio et breuiter quaeso bonam in partem accipite. [*am linken Rand:* Oratio rectoris ad senatum, vt scholastici criminosi ad suam jurisdictionem re…tterent] Statuta nostra P. C. quem auctorem habeant non expectatis dum dicam eum videlicet, a quo, quidquid apud vos est auctoritatis, quae per magna conspicitur, solo proficiscitur ac dependet; unus iussui ac voluntati adeo adstricti estis, vt vel lato vngur declinare et turpe et periculosum sit; quid cum ante hac a vobis non commissum, quaeso obtestorque hoc etiam tempore ne quidquam mutetis, et vos vobis reditam rempub[licam] vt facitis aequissime ac instissime tractetis; nostram nobis ab eodem principe solis commissam integram et saluam relinquatis: est enim haec nostra literaria respub[lica] certum quoddam seiunctum et separatum corpus, quod caput habet solum rectorem, huic soli omnis iurisdictio commissa, vt statuti verba satis superque euincunt et rescripta principis declarant: hic autem rector, si quid peccet

D. Cotard Laurentius Holtman

[83]

aut negligentia aut iniquitate, a statutis non ad vos reijcitur P. C. sed ad collegium, inde ad vniuersitatem. Videtis vt arbitror P-C- quo haec mea spectet oratio. Primum illud doceo ad iudicium vestrum a vobis vocatos scholasticos ad me esse remittendos et a quotidiana ista citation vobis desistendum. Deinde nex praetextu alicuius commissae negligentiae quae nuööa apparet vllum imperium in studiosos vobis esse sumendum, non magis quam si rector vestrae vel iniuriae vel negligentiae, si quae esse posset, arbitrum ac censorem se praebere vellet. Atque hoc tametsi summa ratione vbis etiam iudicibus obtuneam, non video tamen quemadmodum vestro tali iudicio sit satisfectam, cum studioso et matriculate meae insertos non solum iam ante vocatos et contumaciae condemnatos, sed nunc iterum duplicate poena ad vos citatos intelligam. Loqior de duobus nobilibus adolescentibus Philiberto et Ioachimo de Colygny, ac simul de nobili adolescente Francisco de Rabur, quos omnes matriculate meae adscriptos adfirmo, et pro  studiosis sese gessisse contend. De Francisco de Rabur nulla prorsus nec quoquam refragante est  dubitation, et is a vicerectore meo ob tumultus nocturnos carceribus vniuersitatis quatriduo detentus est, et a me postmodum non tam vt grauiori aliqua poena dingus indicaretur, sed vt quorundam libidini satisfieret, iterum in carcerem poenae nomine detrusus ad adolescents de Cloigny attinet, in ijs duplex delictum versatur, aloterum nocturne tempore contra quondam vt intelligo presbyterum commissum, alterum interdiu contra Antonium Poly, qui grauissimum ab altero eorum vulnus acceout. Quod ad primum delictum, fateor eos vno aut altero die post matriculae meae in-

D Cotard                                                  Laurentius Holtman

[84]

[*am linken Rand*] arg[umen]to l siquis postea de iudicijs et l cum quaedam de iurisd[icti]o[n]e ius[...]

sitos, sed et tunc intelligebam, et ante apud me familiariter sunt confessi, abbatis nuncius alter eorum obtineret, quod etiam ei statim obtigisse vos omnes cognoscitis, ita vt fraudis aliqua suspicio poenae emitanda caussa nulla subesse possit: quae~~so~~ enim quaeso poena grauior ijs est pertimescenda, qui presbytero cum gladio et condella vt  appellitant deambulanti aliquem timorem incutiunt, ban vulnus nullum apparet: quia tamen aliquid delictum erat, committere nolui vt impune id ijs esset, vocati itaque de hoc delicto sunt in iudicium et similis, quae adolescenti de Rabur poena inflicta, idque secundum formam iuris ciuilis, est enim certi iuris, cum qui postea quam miles aut alterius fori esse coeperit in iudicium de prius aliquo commisso delicto vocatur, ius suum forum sequendi habere, et non aliter debere iuricio prioris fori sistere quam si lis iam ante coepta fuisset; quod cum a vobis ~~nondum sit~~ non ante sit tentatum, iure meritoque et ad me in ius vocati, et vt tale delictum exigebat puniti. Quod ad alterum delictum attinet satis longo post tempore factum, nihil a me officij est praetermissum, idque satis abunde ex inspectione actorum ad vos delatorum cognoscere potuistis, nec sat scio in quam partem id accipi debeat, quod adeo vestri immemores vnius hominis feruore illis de Colygny, quos hoc alterum delictum solos spectat, molestiam exhibere non desinatis: non diffiteor iniuriam factam esse Antonio Poly, filio vestri ordinis, fateor patris iustum dolorem:

sed id satis vobis non debet videri
D Cotard Laurentius Holtman

[85]

ad eius feruorem sustinendum, potius prudentia legis Iuliae de adulterijs vobis est sequenda, quae adulterium cum vxore a marito occidi noluit ea ratione, quod mariti calor et impetus facile senientis fuit ([*am rechten Rand:*] nec in ea .. fin. ad leg[em] Iul[iam] de adult[erio]) refrenandus; vos etiam patris impetum et calorem on adfectum paternum grauiorem non alere sed coercere debetis; immo vero nisi iudicum nomen amittere velitis, in propria caussa mitiores quam in aliena vos ostendere. Accedit eo, quod vel patre ~~iudice~~ ([*am rechten Rand:* Laurentius Holtman D Cotard] et eius filijs postulantibus, ipsummet Antonium et Claudium Poly ob simile fere delictum in adolescentem Megrini commissum vestro iudicio hoc quo hos nunc conor modo exemerim, et ad forum suum reuocarim; quam ob rem et pater et filij aegre ferre non debent, quod contra eos mihi subiectos studosos ijs postulantibus ad forum suum ac legitimum euocem, cum regula sit iuris, quod quisque iuris aduersus aliquem impetrauerit, quolibet alio postulante eodem iure eum vti debere. [*Am rechten Rand:* ijs in princ. et .. haec poena quod quisque iur.] At pater suam non filij iniuriam prosequitur, sit ita sane, sed et pater eius quem prosequitur forum sequi debet, nec priuilegiatus contra priuilegiatum dici potest. Rursus hic nobis occurritur duplici ratione, altera quod statuta nostra a principe confirmata non sint, altera quod saepedicti de Colygny ter lectiones singulis septimanis non visitent: quae leniter et pueriliter satis dicuntur: nam et ij qui sub paedagogis degunt, eodem quo studiosi qui vniuersitatis lectiones frequentant, iure vti statutis concessum est, ~~omn~~ et cum priuilegia nostra infirmata non sint principis expressa voce, certe stare minime prohibentur, omitto quod te praecone praeses illustiss[imum] aliquando principem omnes status generaliter suo ordine ac loco relinquere sit promulgatum, dixi.

D Cotard Laurentius Holtman

[86]

Peracta hac oratione, praeses respondit, senatum operam daturum, vt priuilegia vniuersitatis conseruentur, rectorique sua auctoritas integra ac salua appareat, idque sequenti proxima die suo appunctuamento nostro libello supplici inscripto satis superque demonstrauit, cuius verba hic adscribere visum fuit non inutile, vt successores intelligent, nec comparere studiosos ad citationem debere, modo per procuratorem ius suum edoceant: quod tametsi secundum formam etiam iuris ciuilis ita sit, videmus tamen id passim negligi non sine eorum qui se iudicio sistunt aliqua ignominiae nota, qua ijs praesentibus ab aduocatis fiscalibus muri consueuit. Verba appunctuamenti haec sunt: La cenzt ayant bon les remonstrances du suppliant les priuileges de …. vniuerite ensemble la procedure faicte par deuant le magnifique recteur ..celle a requeste des suppliant contre Joachim et Ph[ilibe]rt de Coligny et Francois de Canthennes dict de Rabeur escoliers en cette vniuersite [*am linken Rand:* Appo……………………………ayant delin.… au recteur .. … …..] Rennoye la

congnoissance de cette cause par deuant les magnificque recteur artendre la c[..]te testimoniale des.. escrciere en ce que concerne ca ….macite de cette cause faut au conseil de ca.. court le penultieme jour du mois de Febrier cent mil cinq cent soyxante et trois
Die 5 Februarij in auditorio iuris ciuilis disputauit Nicolaus Vouschardus me praeside

D Cotard Laurentius Holtman

[87]

[*am rechten Rand:* Rector et Vesuntines salutant cardinalem Grandvillam cum professorib[u]s. Cardinalis de Granuella cum hoc anno Bisuntium appulisset, ego huius almae vniuersitatis Dolanae rector cum eiusdem doctoribus ac professoribus eo contendimus, et dictum cardinalem reuerendissimum vniuersitatis nomine salutauimus, deque eius aduentu illi gratulati nobis vero gauisi sumus.
Fuit etiam mihi cum professoribus iuris de immunitate promotionis meae non minor quam Sigismundo Vieheuser praedecessori meritissimo difficultas: quam tamen amice inter nos composuimus, ita vt per me non stetisse successores intelligant quin immunitas a statutis rectori tributa inuiolata permanserit.
Huc accedit quod studiosi cuiusdam Caroli Refay, vicerectoris tunc temporis mei famulum non studiosum nomine Pierre Laquel in Sarroye carceribus maioris huiusce vrbis Dolanae in quem et re et verbis contumeliosus fuerat, liberarim in festo adsumptionis beatissimae virginis Mariae, causaeque cognitionem ad me reuocarem.

Habes lector candide breuiter quae hoc anno spacio memoriae digna gesta fuere, quae aequi bonique consule.

Ex mandato mag[nifi]ci d[omi]ni d[omi]ni rectoris et venerandi collegij almae vniuersitatis Dolanae
Tanquam scriba g[e]n[er]alis dictae vniuersitatis
D Cotard Holtman
[*am rechten Rand*] Hos annales approbant totum venerandum collegium ad hoc in templo diui Hyeronimj specialiter …moratum die peracta Iunij 1564
D Cotard

[88]

Quoniam incuria scribentis quaedam in annalibus nostris minus recte scripta expunctionem desiderarunt, lector candide, ne alijs pateret via quid expungendi ego Laurentius Holtman huius almae vniuersitatis Dolanae rector, ijs quae delenda putam nomen proprium et signum mea manu scriptum in margine adscripsi, et a scriba vniuersitatis subsignari simul curaui. Quod vt ignorares, canide lector, committendum non putam
Laurentius Holtman r[ector] D Cotard

[89]

Wilhelmvs Qvad a Lantzkron omnibus stvdiosis lectoribvs
[*am rechten Rand*] Chori episcopus metropolitanae ecclesiae Treuirensis.

Mvltvm reipubl[icae] profuisse eos, qui historiis scribendis et annalibus condendis operam dederunt, credo neminem dubitare. Constat enim dei optim[i] max[imi] numine afflatum Moysem quinque libros sacrarum historia~~ria~~rum scripsisse, quem multi prophetae atque santissimi viri eodem in argumento secuti sunt. Romani ab initio conditae
[*am linkenRand*] Tanquam scriba g[e]n[er]alis alma vniuersitatis Dolanae
D Cotard Wilhelmus Quad à Lantzkron

[90]

vrbis suos annales, historias, fastosque habuerunt. Graecis hinomi [?] narratione, p[rop]ter alios insignes fuerunt Thucydides, Herodotus et Xenophon. Aliae quoque gentes suarum rerum diligentes scriptores habuer[un]t. Quaequidem omnia eam praecipue causam habent et eorum, quae per alios acta sunt, exemplo in rerum deliberatione simus diligentiores magisque prudentes in administratione. Nam, ut ait d[ominus] Paulus, quecunque scripta sunt, ad n[ost]ram doctrinam scripta sunt. Ipse quoque Christus haec verba protulit. Scrutamini scripturas. Sunt enim annals et historiae memoria antiquitatis, speculum uitae ac rerum gerendarum certissima norma. Cum enim intuemur quid olim deo placuerit, quae res male administratae nocuerint, quibus modis nonnulli rempubl[icam] recte gubernarint, sibi consuluerint, hostes cuerterint, discimus, quid nobis faciendum ut deo placeamus, reipub[licam] salutam tueamur, nobis sine proximi detrimento utiliter prospiciamus. His enim consequimur quod antiquorum sententiis docetur, foeliciter is sapit, qui periculo alieno sapit. Item foelix quem faciunt aliena pericula cautum. Optimus quoque Terentius senem facit ita loquentem. Ex aliis periculis facito tibi
D Cotard Wilhelmus Quad à Lantzkron

[91]

tibi quod ex usu fiet. Cum itaque aliorum exemplis foelices multis in rebus inueniamur, nonne id maxime ex historiarum lectione consequemur ? Ad haec voluptatem quoque non mediocrem habet saepe numero annalium lectio. Quoties insigne aliquod factum ex fide digno historiographo narratur uiedemus homines ad eius narrationem esse attentissimos, atque proposito casu expectare, qualem res effectum atque finem habuerit. Quare ? vt in similibus casibus intellegant quid fit faciendum, adeo ut hic quod maximum est uoluptas simul iungatur cum utilitate. Verum ego saepenumero arbitratus sum accurate inspiciendum esse a quo scriptore historiographo chronico res aliqua producatur in medium. Vt e[ni]m [?] o[mn]es iucundi atque delectabiles ita non omnes pariter veri atque vtiles.Nam ut semper speciosus est Herodotus, ita saepemumero suspectus, neque a fabulatore discrepare uidetur. Ideoque laudatissima semper fuit cagens, cuius res gestae accurate pertractatae sunt. Quo in numero post Moysen certe Romani praecipui habendi sunt qui nunquam cessarunt gesta sua ex fide annalibus notare. Eiusdem rei sunt insignia apud Livium, Polybium atque alios exempla.

Contra Graecia
D Cotard Wilhelmus Quad à Lantzkron

[92]

saepenumero mendax habetur. Sed hic dubitare posset quispiam, quinam sint aliis praeferendi: vtrum illi in maiori pretio habende, qui res antiquas et multis seculis ante sua tempora gestas commemorant an illi vero, qui visa atque praesemtia narrant. Equidem cum utrosque non parui faciendos censeam, illos quod acta diu praeterlapsa et quasi deleta proferant, hos quod maiore firmioreque propter certitudinem ro[….]e atque veritate nitantur. Sane, ut semel dicam, adeo sum studiosus veritatis, vt praesentium rerum scriptores aliis ptaeferam, nisi illi quoque ex antiquis annalibus ab iis qui tum vixerunt, scriptis suum opus composuerint. Tales fuerunt T. Livius, Salustius, Iustinus, Iosephus et nonnulli alii, quorum tanta laus est, ut ipsi suis doctis verisque narrationibus omni societati humanae profuerint. Nam cum illustria praeteritorum et utilia sint exempla, scire nos ea nequimus nisi per hisoriarum atque annalium scriptores. Tametsi per manus aliqua tradant narrando parentes, tamen ipsi non nunquam parum memores aliter atque est recensent. Vt semper multorum verbis iactata res augetur aut minuitur: ut famae descriptione eleganter in quarto Aeneid[is] Vergil[ius] notauit.
D Cotard Wilhelmus Quad à Lantzkron

[93]

Sed nos ipsi quoque non semper corum quae uidimus quibus interfuimus recordamur. Fallax enim est memoria nostra, quae etsi firmissima sit, tamen paruo tempore viuentibus nobis ipsa quoque interit, ut iam non inutilis, verum et necessaria compositio annalium ess videatur. Quod ad me attinet illud argumentum, quo praeteritae res tractari atque describi solent, relinquam: quia partim a praedecessoribus diligenter exposita sunt, partim adeo negligenter omissa, vt nihil inueniatur, ex quo praeteritorum actorum veritas elici possit. Quae scripta sunt in manibus successoris mei reperiuntur. Nostro uero anno quid memoratu dignum sit actum, constabit ex iis quae mox a me subiicientur, quorum pertractatione id eueniet commode, ut habeat posteritas, quo priuilegia almae m[at]ris nostrae Dolanae vniuersitatis nonnihil sustineantur, cum prosumus iis, qui in anni nostri comoedia suas partes egerunt. Est enim haec, nisi fallor, praecipua nostrorum annalium vtilitas, vt ij qui in studiosorum numerum nobis authoribus relati sunt, gaudeant luculentissimis priuilegiis, quae in statutis n[ost]ris latius explicantur. Horum nomina mox recensebimus. Tum eorum quoque

D Cotard Wilhelmus Quad à Lantzkron

[94]

fiet mentio, qui ad ministerium academiae aut ad consilium atque venerabile collegium asciti sunt. Sed eos quoque non praeteribimus, qui aut doctoris aut licentiae uel alterius gradus

titulo sunt decorati. Denique quicunque academiae n[ost]rae vel obsequio vel honori furerunt, ad hos scripta haec n[ost]ra uolumus pertinere, quatenus leges atque statuta patiuntur. Neque id solum ad p[raese]ns tempus verum quotiescunque uolent suo iure vti, quos mater n[ost]ra Dolana academia fouit hoc n[ost]ro magistrate, liceat iis ad haec chronica n[ost]ra recurrere. Iactant Romani Romulos duos, Brutos, Camillos, Mutios, Torquatos: Graeci Themistoclem, Periclem, Agesilaum, Epaminundam laudant. Hebrei Moysen aliosque habent pro viris, ut loquuntur, dei: Persae Cyrum, aliique barbari suos uiros virtute claros laudibus extollunt. Nostra quamuis parua respublica sit: tamen ita constituta est, vt eius acta conscribi & retineri, alumnos exponi atque laudari o[mn]es utile e[ss]e arbitrentur. In tenui labor est, ut inquit Virgil[ius], at nonnunquam non leue est momentum. Adolescentum atque iuniorum sunt vniuersitates: interim eius conditionis reperiuntur, vt saepenumero egregious atque magnificos viros procreent, nutriant atque educent.

D Cotard Wilhelmus Quad à Lantzkron

[95]

Liber hic commemorare quod apud Lacedemonios praeclarissimos totius Graeciae uiros solet esse in vsu. Solennibus ludis atque festis cantaturi & se mutuo ad virtutem cohortaturi eum ordinem ritum atque uersus sine sententias vsurpabant. Primum diuidebant populum in tres partes, in ordinem sen~~r~~um, virorum atque minorum siue iuniorum. Hinc senes vt aetate ita et authoritate praeminentes canebant. Nos uiri fortes atque praeclari fuimus: dein viri, nos, sumus. Vltimo loco adolescents succinebant. Nos erimus laconica et breuis cantio, verum maximi misterii. Nam senibus pulcherrimum virtuti opera dedisse, atque aliis honesto esse exemplo: ita virorum iusta aetas opportune virtutem colit, iuuenibus quoque animis atque corporibus plenum robur nondum accessit, decorum est ad uirtutem et probitatem, quam nodum explere possunt o[mn]ibus votis atque desideriis aspirare. Senibus et uiris relictis nos iuuenes promouemus, quorum uirtus illorum probitati poterit aliquando~~d~~ esse par vel certe maior. De praeterita virtute gaudemus, praesenti vtimur, verum de eo cuius aliquando commodum magnum habituri sumus. Ingentem spem atque firmam expectationem concipimus. Ex agro laborato fructus sperat agricola, ex

D Cotard Wilhelmus Quad à Lantzkron

[96]

arbuto dicimus futuram aliquando arborem, ex adolescente ingenuo et in academia a doctis uiris instituto & iam omnis eruditionis culmen ascendente nonne omnia praeclara expectabimus ? Omnes itaque studiosos academiae nostrae alumnuós inacte virtute esse iubeo, hortorque ut priuilegiorum suorum in statutis expressorum recordentur. Equidem quantum possum iuuo et temporis mei acta explico, ut qui meo tempore discipuli aut magistri facti aut alio quodam honore et beneficio affecti sint, in posterum suo commodo gaudeant atque fruantur.

De electione noui rectoris

[97]

Anno post Christum natum millesimo quingentesimo sexagesima quarto die vndecima Aprilis ex consuetudine almae matris n[ost]rae vniuersitatis Dolanae ad sonum campanae omnes studiosi conuocati sunt. Edixerat enim pridie eius diei praedecessor meus, vir eruditione atque virtute clarus, dom[inus] Laurentius Holtman, Vesalius, huius almae academiae rector magnificus, ut sub poena iuramenti omnes conueniremus ad nouum rectorem, qui sibi succederet, creandum in auditorio iuris ciuilis. Quo in loco cum ex debita obedientia consisteremus, visum fuit dominis electoribus collegis huius almae vniuersitatis, ut me Wilhelmvm Qvad a Lantzkron etc[etera] in rectorem summum sibi magistratum eligerunt. Equidem deum testor, me primo fuisse attonitum, cum viderem me trahi eum in locum, qui a nemine, nisi eximia scientia praeditus sit, recte occupatur. Cumque mirarer, quid iis in mentem venisset, eligere eum, qui uix tribus mensibus in ciuitate fuerat, tam alienum ab ambitione, vt non nisi amicis paucissimis notus esset, cogitarem etiam, quanta mea esset imbellicitas ad onus tantum humeris meis susscipiendum, aliis applaudentibus, aliis me in sedem collocantibus et iuramentum obtrudentibus, tandem amicorum maxime rogatu magistratum aggressus sum. Mox ad templum eundo cum pro foelici boni initii successu rogando reliquas solennitates, quae fieri solent, peregimus. Haud melatet non defuisse, qui eam gloriam aucupando mihi inuiderent, atqui haud scio, quo pacto gloria sequitur fugienti. Vmbro illa in hoc similis est, quae suum semper corpus sequitur. Quod ambitu nullo fuerim vsus, imo



[98]

quod ignorans electus fuerim, plus dico, quod inuitus habeo luculentissimos eius rei testes. Semper enim hoc obseruaui ambitum ad obtinendos honores atque magistratus plurimum facere, & maiore ex parte candidatum extollere. Atqui contra si fallax sit exitus, neque vota electorum respondeant voluntati risus est atque iocus et fabula populi. Omitto quod sine his repulsam pati magnis animis non mediocrem dolorem atque indignationem parit. Eius rei in magistratus mei initio magnum exemplum vidi, sed ego petitoris honori parco, et suadeo ~~in~~ cunctis in petendis honoribus sint cauti, modesti atque prudentes. Res enim est, quae si vlla alia per vim extorqueri se minime permittit. Fere accidit ut quo quis modestior est atque humilior, eo altius oblata occasione euehatur. Saepissime, vt mihi euenit, honor dicamne an onus occupet imprudentem atque nihil tale cogitantem. Haec paucis de mea electione sufficiant.

In officiarios electi svnt iisdem comitiis hi, qui sequuntur.

Bonarum litterarum peritissimus ac iurisprudentiae doctissimus summaque morum probitate Joannes Griueletus, Gendregensis, in procuratorem generalem ac syndicum huius almae vniuersitatis consultissimum communibus o[mn]ium votis electus est. Huic

[99]

Huic proximus in ordine est procurator sacrorum canonum. Hoc officium est omnibus uocibus oblatum atque constitutum nobili genere clarissimo ac pietate excellenti religiosissimo domino Hugoni de Grantmont, ordinis Cluniacensis & iuris canonici baccalaureo.

Hinc procurator iuris caesarei electus est. Eum communiter omnes esse voluerunt uitute, ingenio, industria, moribus clarum virum Claudium Bricon, baccalaureum iuris canon[ici] et iuris caesarei.
Postquam hi procuratores in maioribus facultatibus essent creati, ad electionem procuratoris artium ventum est. His praelatus est aliis insigni, doctrina et moribus probatissimus Stephanus Regnauld.
His consiliarii adiecti sunt. Et quidem eruditione praestantissimus et virtute singulari Claudius Bussillon, consiliarius sacrorum canonum est.
Iuris caesarii consiliarius factus est pietate ac morum grauitate necnon eruditione spectatus vir Claudius Bochetus, utriusque iuris baccalaureus.
Consiliarius artium deinde additus est. Hic honor obuenit ~~honor~~ Ioanni Tricornoto non solum ingenio studioque suo et exercitio clarus, verum et moribus elegantissimis et humanitate praestans

D Cotard Wilhelmus Quad à Lantzkron

[100]

Qvi nostri rectoratus tempore digna laborum ~~su~~ atque studiorum suorum praemia tulerunt laureamque adepti sunt.

Ervditione et eloquentia ornatissimus dominus Angelus Engelhardus Vicenus a vico Catthorum Battauus, diocoesis Harlemensis, cum in profesto diui Iuonis se venerando collegio praesentasset, ad gradum doctoratus in vtroque iure obtinendum, remisso baccalaureates gradu, vtriusque iuris licentiatus atque doctor pronunciatus est vigesima septima Maij anno millesimo quingentesima sexagesimo quarto.
Omni genere disciplinarum instructissimus dominus Anthonius Houst, Luxemburgensis, diocesis Treuirensis, cum esset iuris vtriusque licentiatus antea Aureliis creatus, in hac alma matri n[ost]ra Dolana vniuersitate doctoris gradum assumere decreuit & iustissimis de causis obtinuit et coronatus est decimo die mensis Iulij anno 1564.
Item non solum in bonis litteris doctissimus, sed & in iurisprudentia versatissimus dominus Thomas Chappuis sua

D Cotard Wilhelmus Quad à Lantzkron

[101]

sua eruditione meruit, vt et licentiatus et doctor vtriusque iuris in hac academia nostra crearetur, insignitus est tertia die Februarij anno milles[imo] quingentes[imo] sexages[imo] quarto stylo communi. Liberalioribus disciplinis, ph[ilosoph]ia ac iuris scientia clarissimus d[omi]n[u]s Ioannes Griueletus, Genreyensis, procurator generalis dignissimus ac syndicus huius almae vniuersitatis consultissimus licentiati ac doctoris vtriusque iuris titulo decoratus est 10. Februarij anno vt s[upra].

Eodem die atque actu scientia & probitate praestantissimus dominus Stephanus Caselus, Rupensis, propter insignem eruditionem vtriusque iuris licenciatus ac doctor factus est.
Sed et dominus Anthonius Glanne iuuenis non solum propter eruditionem, sed morum quoque modestiam ac probitatem iudicatus est dignus qui licenciatus atque doctor vtriusque iuris declararetur. Lauream accepit eodem die & actu.
Doctissimus qvoque & virtute excellentissimus domins Claudius Guilguart suam eruditionem atque probitatem ita d[omi]nis professoribus nobisque omnibus probauit, vt non fuerint denegata illi, licenciati atque doctorus in vtroque iure insignia, praeside domino Nycolao Vauchardo, vicerectore, cum nos grauioribus negotijs occupati essemus, pronunciatus atque coronatus est 3. die Martij anno quo s[upra].
Admirabili ervditione et moribus probatissimus dominus Claudius Fournier, Garoselanus, fauentibus uotis omnium, quorum auct[oritat]e

D Cotard Wilhelmus Quad à Lantzkron

[102]

hic honos dari solet, declaratus est vtriusque iuris licenciatus atque doctor eodem die et actu.

Ego Wilhelmvs Quad a Lantzkron etc[etera], huius almae academiae rector, circa finem magistratus mei, nempe pridie calendas Aprilis anno 1565 stylo communi, vtriusque iuris licentiatus pronunciatus sum, in frequentissimo totius vniuersitatis coetu: praesidis multorumque ex senatu Burgundiae praesentia, et uirorum clarissimorum nobiliumque multitudine. Ac postridie conuentu ampliori in maiore ecclesia doctoris insignibus ornatus praesidente d[omi]no Nycolao Vauchardo, vicerectore, multis nominibus ornatissimo paranympho d[omi]no Angelo Engelhardo, Viceno, iuris vtriusque doctore consultissimo ac disertissimo, disputatore vero d[omi]no Ioanne Crayo, iuris vtrusque doctore perspicacissimo et eloquentissimo.

Qvod ad privilegia rectoris attinet, quae statutis expressa sunt, gratis eum hunc ordinem consequi, tantam intellexi clarissimorum virorum dominorum professorum humanitatem atque beneuolentiam vt

D Cotard Wilhelmus Quad à Lantzkron

[103]

et minime contendendum cum ijs esse putarem. Ac verissimum esse comperi, quod ait Mitio Terentianus in Adelph[oe]: Errat longe mea quidem sententiam qui imperium credar grauius esse, aut stabilius vi quod sit, quam illud quod amicitia adiungitur. Hoc adieci vt intelligat posteritas me non per vim sed humanitate obtinuisse a viris doctissimis hinc meum gradum, vt ne interim priuilegia rectoris diminuerentur.

Licentiati

Post doctoris gradum proximus est ille, quem doctissimi licentiati tenant, quibus sua quoque sufficit facultas. Hoc in ordine primus extitit nobis litterarum ac iuris peritissimus d[omi]n[u]s Ioannes Docourt, Bruntautensus, diocesis Basiliensis: ac post multam examinationem dignissimus indicatus est, qui se pro iuris vtriusque licentiato expertissimo ferret. Actum 29.

die Aprilis anno d[om]i[n]I 1564.
Non minori eruditione fuit dominus Ioannes Girauldus, diocesis Lingonensis, quamuis aequalem honorem suscipere noluerit. Is enim altera tantum facultate contentus petuit se iuris ciuilis tantum declarari licentiatum, & meritis de causis ad  illi largissime ac honorifice concessu fuit. Actum 10. Iunij anno quo s[upra].

Hoc honoris insigni non sibi satiffieri putauit do……

D Cotard Wilhelmus Quad à Lantzkron

[104]

Iosephus Feuchter ab Halla Sueuica, cum maius eius virtus ac eruditio mereretur. Rogauit itaque, vt si aequum videretur, iuris vtriusque licentiatus crearetur. Quod facta diligenti eius eruditionis inuestigatione nemo ex nobis illi recusandum putauit, pronunciatus est die decima quarta Iulii anno 1564.

Baccalaurei nouelli

In locum domini Anthonii Brugnard cognomento graeci piae memoriae, ingenii dexteritate et exercitio maximo clarissimus dominus Petrus Pathesius, bonar[um] litterarum doctissimus, septem artium liberalium magister atque iuris utriusque doctor consultissimus successit atque lectionem artium habere coepit die 30 Julij anno 1564.

Qui professores esse desierunt.

D. Stepha-

D Cotard Wilhelmus Quad à Lantzkron

[105]

D. Stephanvs Stratius, regiae maiestatis in praetorian Brabantiae consiliarius, vir non solum in iurisprudentia diu nultumque versatus, verum eloquentia quoque clarissimus, hoc anno de stipendio suo maximam controuersam cum magistrate Dolano habuit, re in venerando collegio huius almae academiae quoque examinata, tandem dominus Stratius alijs non recusantibus a solita lectione abstinuit eique est satisfactum contractu ab utraque parte irrito. Atque principi illustrissimo Oraniae operam dans Salinas concessit.

Ad officia euecti.

Probitate plenus atque modestus vir Guillielmus Bourcier dictus Fontaine & ciuis Dolanus, consecutus est officium, vt fenestras papyraceas faciat in auditorio iuris pontificii. Ad eamque rem debite iusiurandum dedit die 16. Octobris anno d[omi]ni millesimo quingentesimo sexagesimo quarto.
Pietate quoque praestans vir Thomas de Blanc ex petitione et praesentatione clarissimi viri d[omi]ni Renati Perroti, medici[n]ae doctoris expertissimi, a nobis receptus est in locum defuncti patris sui Thomae de Blanc, piae memoriae, atque bidellus medicinae constitutus est. Praestitit ad hoc requisitum iuramentum die 20. Octobris anno vt s[upra].

D Cotard Wilhelmus Quad à Lantzkron

[106]

Dominus Petrus Sachetus, clarissimi senatus huius liberrimi Burgundiae comitatus consiliarius prudentissimus, impetratis a regia maiestate litteris obtinuit, vt esset distributor huius almae vniuersitat[is]. Successit in locum soceri sui, viri ornatissimi Aymundi Boudier piae memoriae, atque iuramentum debitum legitime praestitit die 18. mensis Martij anno 1565 stylo communi.

Die uigesima Martii anno vt s[upra] vir spectatae diligentiae ac fidei Christianus Valeretus, ciuis Dolanus, in locum digressi magistri Henrici ab Ederen, ditionis Leodiensis, electus ac confirmatus est praestito iuramento nuntius Flandricae nationis.

Morum uitaeque probitate praestans vir Ioannes Rauel, Dolanus, cum diu vacasset officium alteris librarij, duo enim sunt, quo pater suus aliquando functus erat, in eius locum ascitus, debitum iuramentum dedit die 28. mensis Martii anno vt s[upra].

Ad collegium admissi

D Cotard Wilhelmus Quad à Lantzkron

[107]

Bonarum artium ac philosophiae peritissimus et in iurisprudentia diligenter versatus vir Ioannes Renier, Lingonensis diocesis, septem artium liberalium magister, in locum domini Stephani Regnault absentis a venerando collegio suffectus est ac procurator artium declaratus. Legitime praestiti iuramentum die 20. Nouembris anno n[ost]rae redemptionis millesimo quingentesimo sexagesimo quarto.

Eruditione clarus et pietate insignis vir Claudius Laurent, pij ordinis Cluniacensis religiosus, in locum domini Claudii Bussillon absentis, eiusdem ordinis religiosi, constitutus a uenerando collegio et consiliarius canonum nominatus, die uigesima tertia mensis Martij anno d[omi]ni millesimo quingentesimo sexagesimo quinto stilo co[mmun]i.

Sequvntvr nomina eorum, q[ui] in numerum studiosorvm relati svnt.

D Cotard Wilhelmus Quad à Lantzkron

[108]

Ex illustri familia nati

Constantinus baro a Poluiller et ualle Villerana, diocesis Constantiensis, die 15. Octobris anno 1564.

Georgius baro a Poluiller et ualle Villerana, frater germanus domini Constantini, eodem die et anno.

Rodulphus baro a Poluiller et valle Villerana, d[omi]ni Constantini et Georgii frater germanus, die et anno ut s[upra].
[*Am linken Rand:*] Praefectus vrbis Engelstadiensis.

Wolfangus Philippus baro ab Hohenfeltz, d[omi]n[u]s in Reippelskirch et Ruxingen etc[etera], diocesis Wurmaciensis, die primo Decembris anno 1564.

Claudius baro ab Oyzolez, ex comitatu Burgunduae, diocesis Bisuntunensis, die 5. Aprilis 1565 stilo communi.

Nobiles

Vuilhelmus a Bungard, diocesis Leodiensis, die 15. Aprilis anno 1564.

Wernerus a Bungard, frater germanus Wilhelmi, anno et die ut s[upra].

D Cotard Wilhelmus Quad à Lantzkron

[109]

Wilhelmus Hanzeler, diocesis Coloniensis, die nono Septembris anno ut s[upra].

Philippus Iacobus Hausman a Namedy, canonicus cathedralis ecclesiae Treuirensis, diocesis eiusdem, die 23. Iunij anno ut s[upra].

Matthaeus Kopeindl, Saltzburgensis, eiusdem diocesis, die 23 Iunij anno vt s[upra].

Ioannes du Four, Sabaudus, diocesis Geneuensis, die 25. Iunij anno vt s[upra].

Fredericus a Roederen, Billekeimensis, diocesis Spirensis, die 6. Augusti anno vt s[upra].

Ioannes Philippus a Helmstat, diocesis Wurmatiensis, die primo Septembris anno vt s[upra].

Anthonius Benoist de sancto Iuliano, diocesis Lugdunensis, die 25. Septembris anno ut s[upra].

Martinus de Formanoir, Tornacensis ecclesiae canonicus, diocesis eiusdem, die tertia Nouembris anno vt s[upra]. Hic paulo post quam Dolam uenisset, a suis reuocatus patriam petens in itinere prope Nanzeium Lotharringiae vi fluminis absorptus interiit.

Marcus de Cul, diocesis Bisunt[inae], die 23. Nouembris anno vt s[upra].

Ianus Iulius Tomacinus a Litig territorij Palatinatus, die prima Decembris anno ut s[upra].

D Cotard Wilhelmus Quad à Lantzkron

[110]

Sebastianus Bock a Girsheim, diocesis Argentinensis, die primo Decembris anno ut s[upra].

Claudius Blanchetus, diocesis Lugdunemsis, die sexta mensis Decembris eodem anno.

Eymo Falco, Sabaudus, diocesis Geneuensis, die 7. Decembris anno vt s[upra].

Claudius Cunet, Nozerenus, diocesis Bisuntinensis, die nona Decembris vt s[upra].

Philiberus Voienturerius, Arbosiensis, diocesis Bizunt[inae], die 12. Decembris anno vt s[upra]. [*Am linken Rand:*] Fuit rector anno 1567.

Arnoldus Pinsen, Hagensis, diocesis Harlamensis, die 4. Aprilis anno 1665 stilo communi.

Mercurius de Landriano, Pesmensis, diocesis Bisunt[inae], clericus, die 27. Martij anno 1565 stylo communj.

Ingenvi

Iacobus Virey, Dolanus, diocesis Bisunt[inae], sacerdos, die 21. Aprilis anno 1564.

Ioannes Mareschal, Dolanus, diocesis Bisunt[inae], sacerdos, die 29. Maij anno vt s[upra].

Thomas Perceval, Ledonensis, diocesis Bisuntinae, clericus, die 16. Iunij anno vt s[upra].

Nicolaus Wieheimer, Selestadiensis, diocesis Argentinensis, die 21. Iunij.

Francis[cus]

D Cotard Wilhelmu Quad à Lantzkron

[111]

Franciscus Georgetus, Bizuntinus, eiusdem dioecesis, die 5. Iulij anno quo s[upra].

Eucharius Boch, Arlunensis, diocesis Treuirensis, die 6. Iulij eodem anno.

Alexander de Breban, Peronensis, dioces[is] Nouiomensis, die 2. Augusti anno vt s[upra].

Marinus Valerius, Nanzeius Lothoringus, diocesis Zolanae, die et anno praedictis.

Lodouicus Sexagius, Bruxellensis, diocesis Cameracensis, canonicus Cortracensis, die vndecimo Augusti anno quo supra.

Gilbertus Camutus, Dolanus, diocesis Bisuntinae, clericus, die 28. Augusti anno vt s[upra].

Anthonius Bergeret, Arbosiensis, diocesis Bisunt[inae], die 25. Septembris, anno quo s[upra].

Hugo Machiensis, diocesis Bisuntinae, die 25. Septembris anno quo s[upra].

Ioannes Guiot, Machiensis, diocesis Bisuntinensis, eodem die et anno.

Claudius Iussey, Ornacensis, diocesis Bisuntinae, die et anno praedictis.

Ioannes Bienfauct, Iusseiensis, diocesis Bisuntinae, die et anno praefatis.

Symon Gabriel de Rupt, diocesis Bisuntinensis, presbiter canonicus in Rupt, die 6. Octobris anno vt supra.

D Cotard Wilhelmus Quad à Lantzkron

[112]

Anatholius Froissard de Saleriis, diocesis Bisunt[inae], die 15. Octobris anno quo s[upra].

Adamus Vitus, Miltemburgensis, diocesis Moguntinensis, artium liberalium magister, die 18. Octob[ris] anno vt s[upra].

Petrus Berten, Poluillerius, diocesis Constantiensis, die 18. Octob[ris] anno 1564.

Adamus Camu, Burentrusianus, dioces[is] Bisunt[inae], artium liberalium baccalaureus, die 20. Octob[ris] anno vt s[upra].

Henricus Bergerot, Luxemburgensis, diocesis Treuirensis, die 22. Nouemb[ris] anno quo s[upra].

Petrus Mondanus, Belhfortensis, diocesis Bisunt[inae], die 23. Nouemb[ris] anno ut s[upra].

Guillielmus Vernerey, Salinensis, diocesis Bisunt[inae], clericus, die 7. Decembris anno vt s[upra].

Guido Pensotus, Surregiensis, diocesis Bisunti[nensis], die 5. Februarij anno 1565 stilo communi.

Stephanus Coyteux, Dolanus, diocesis Bisuntin[ensis], die 12. Februarij eodem anno.

Anthonius Compere, Brugensis, artium liberalium magister, canonicus Tornacensis, die 13. Februarij anno quo s[upra].

Iacobus Rys, Meckelburgensis, die 20. Februarij anno 1665 more co[mmun]i.

D Cotard Wilhelmus Quad à Lantzkron

[113]

Nycolaus Grechs, Arlunensis, diocesis Treuirensis, die 23. Februarij anno praedicto.

Ioannes Clemens, Cirodanus, diocesis Bisuntinae, die 27. Martij anno 1565 stylo communi.

Antonius Becourt, Vesulanus, diocesis Bisuntin[ae], clericus, eodem die & anno.

Franciscus Grissetus, Champlitensis, diocesis Lingonensis, clericus, die et anno praedictis.

Casparus Funkart, Brisacensis, diocesis Basiliensis, clericus, die 4. Aprilis anno vt s[upra].

Claudius Picquet, Fraxinensis, diocesis Bisuntin[ae], die 5. Aprilis anno 1565 stilo communi.

Petrus Menet, Dolanus, diocesis Bisuntinae, die & anno praedictis.

Hoc anno pavci ad matriculam almae n[ost]rae vniuersitatis Dolanae venerunt. Id accidisse arbitror, quid locis circunquaque vicinis imo tota fere Europa pestis grassaretur, qui non solum studiosis, sed et militibus atque mercatoribus periculosam fecit profectionem, multis locis quique impeduit.

D Cotard Wilhelmus Quad à Lantzkron

[114]

Qvi nostro tempore vitam cum morte commutarunt.

Moribus probatissimus ac aetate grauis vir Thomas de Blanc, bidellus facultatis medicinae, ex hac misera multisque molestiis et aerumnis plena vita ad foelicem beatorum societatem commigrauit die 12. Octobris anno 1564.

Alia quaedam acta nostri rectoratus tempore notatu non inutilia.

Genere clarissimus ac virtute nobilißimus dominus Ioannes Baptista Dandelot, ciuitatis Dolanae baillinus mandauit iurisdictionem suam eruditißimo viro ac profeßori huius

D Cotard Wilhelmus Quad à Lantzkron

[115]

huius almae vniuersitatis dignißimo canonum lectori ordinario domino Ioanni de Maranches die 30. Iunij anno 1565. Quam ob rem cum academiae n[ost]rae sit hoc priuilegium, vt locumtenens (quem vulgo lieutenant vocant) iuret magnifico domino rectori pro tempore existenti: quemadmodum clarius in statutis expreßum est, vtiliter hic inserendum putaui dictum d[omi]n[u]m de Maranches id iusiurandum legitime praestitiße die 4. Aprilis anno 1565 stylo communi.

[*Am rechten Rand:*] Famuli studiosorum gaudeat eo priuilegio …. in criminalibus vt remittantur ad rectorem.
Nobilitate et virtute clarißimi adolescentis domini Maximiliani a Borselen de nocte a nonnullis inuasi atque obruti famulus suppetias d[omi]no ferens, ex aduersariis alicui & graue vulnus inflixit: neque ipse neque Maximilianus sine vulneribus receßerunt. Accidit hoc 18. die Septembris. Famulus ob hoc in carceres regios, qui sunt in curia, coniectus est. Cumque ab aduersariis ad poenam postularetur, quaestio iurisdictionis mota fuit, an famulus gauderet eodem priuilegio, quo dominus, qui tanquam studiosus sub minibus rectoris est, an uero habota ratione personae non matriculatae deberet a curia iudicari. Demum ex repetitione nostra restitutus nobis est a curia 3. die Octobris. Hoc adieci vt intelligent successors iam non semel accidiße, vt famuli duorum priuilegio vterentur.

D. Cotard Wilhelmus Quad à Lantzkron

[116]

Hoc eodem anno dum adhuc in magistratu eßem, rationes duorum annor[um] qui huic praecedunt, redditae sint. Cumque mei rectoratus anni rationes a quaestore generali vniuersitatis reddendae restarent, perfunctus meo magistratu easdem r[ati]o[n]es exegi, redditaeque fuerunt ijs praesentibus, qui me adhuc magistratum rectoralem tenente adesse debuißent. Simil[ite]r quoque posteaquam perfuncti essemus magistratu nostro paruarum (ut vocant) bursarum rationes omni nostril nobis redditae sunt.

Sub finrm magistratus nostri, cum iam querendus mihiesset successor atque de officiarijs nouandis vel continuandis constituto die vota studiosorum omnium, vt fit, congerenda, grauis contention mota fuit inter duos competitors officij procuratoris generalis: & uterque iam multa vota conquisierat, vt res comitiorum die ad pugnam ventura videretur, singulis suum candidatum defendentibus. Adhibito itaque consilio atque prudential dominorum collegarum pridie comitiorum contruersiam han remonimus. Et effecimus vt alter alteri certis conditionibus pacifice atque tranquille cederet. Hoc addo vt semper conentur studiosi pacem colere, aut orta forte controuersia prudentium virorum, quibus academia n[ost]ra regitur niti consilio atque authoritate.

D Cotard Wilhelmus Quad à Lantzkron

[117]

Ne quae sit occasio cauillandi atque putet quis mea solius authoritate hos annals conscriptos esse, proposui dominis venerandi collegii huius almae vniuersitatis Dolanae, vt suo iudicio haec confirmarent. Quod ipsi post diligentem lectionem atque examinationem libenter praestiterunt. Die septima mensis Maij anno 1565 stylo Romano.

Wilhelmus Quad à Lantzkron

Hos annales approbauit totum venerandum collegium ad hoc in aedibus magnifici d[omi]ni, d[omi]ni rectoris specialiter conuacatum die septima mensis Maij anno d[omi]ni millesimo quingentesimo sexagesimo quarto

Ex mandato magnifici d[omi]ni d[omi]ni rectoris et venerandi collegij almae vnouersitatis Dolanae D Cotard

Tunquam scriba g[ener]alis dictae vniuersitatis

[118]

Ratione habita omni posteritati relinquere volii. Quaequid (candide lector) cequi bonique consultes. Atque hos quoscumque conatusnemos potius probabit, quam aliquot odio aut inuidia reprehendos. Ne illud Horatij de te morito jactarj possit.
Cum tua peruideas oculis mala lippus inunctis cur in amicorum vitiijs tam cernis acutum ? Is siquidem morbus habet plurimos, vt in aliorum scriptis aut factis tantum ea venentur, quae reprehendere possint bona dictorum aut factorum, nulla neque gratia neque memoria. Vt autem praesentes nostril institute retionem omnibus aperiam, ne ex comoedia tragoediam quondam (quod aiunt) excitare velle videar, neve in immensum excrescat oratio: nostra ea tantum quae sine meximo multorum praeindicio intacta relinqui non possunt, his nostris annalibus breuiter attingemus. De nona etemim tam pectoris quiam officiariorum electione nonnulla dicemus. Eos etiam qui vniuersitati nomina sua mei rectoratus tempore dederunt, qui in ea ad aliquos dignitaem et honorem gradus promote sunt: Qui officijs suis defuncti, quive in eorum locum et ordinem suffecti sunt, hic adscribemus. Multis alijs praetermissis aut saltem non longine repetitus, quaequidem posteritati indicasse nobis satis erit.

De noui rectoris et officiorum electione.
Anno restauratae salutis millesimo quingentesimo sexagesimo quinto,  stylo communi, die quinta mensis Aprilis, mandato clarissimi et omni nobilitate conspicui viri domini Wilhelmi Quad a Lantzkron tunc rectoris amplissimi legitime congregata tota vniuersitate in publico legum auditorio t[em]p[or]e breuj et eleganti oratione habita omnes admonuit nouam tam rectoris electionem quam officiariorum creationem faciendam esse.

Marceret

[119]

[*Am linken Rand:*] Rector

Itaque ego Joannes Marceret, Polyginacensis, Bisuntinae diocesis, in Dolanae vniuersitatis rectorem vno omnium (penos quos eligendi rectoris p[raes]tans erat) consensu electus fui. Et tandem praestito solenni iuramento omnium tam dominorum doctorum quam scholasticorum applausu confirmatus. Quod sane (ita me deus amet) praeter omnem expectationem accidit. Eum et meipsum tanto oneri longe imparem judicarem et multos praestantissimos ac dignissimos viros eundem summum magistratum ambire non ignorarem. Fit tamen nescio quo modo vt fugientem gloria semper sequentur, et in media reipub[lica] luce versari plexique cogantur, qui nihil tale vnquam cogitarunt, aut saltem rerum publicarum administrtionem refugiunt. Quod cum in omnibus bene constitutes rebus publicis hactenus recte obseruatum fuisse comperimus, in maximo ..thenis, vbi referente summon illo extore Demosthene fuit quoddam tempus, quo populous adigebat quencumquw vidisset hominem modestum et probum ad rempub[licam] administranth.. et fungendum magistrate, non eorum, qui id facere vellent penuria: sed quia erat inuentum illud populi praeclarum. vtileque reipublicae. Hoc autem de electione n[ost]ra nequaqua. Ita  dictum existimari velim, quo nobis ex eo aliquid laudis assumere volumus, sed vt facilius nobis ignoscatur, si hac in parte nostrum aliquando defuisse visum sit officium. Sed de hoc satis.

Eodem etiam die vir non minori prudentia quam eruditione, praedictus d[omi]n[u]s Symon Colard, Ornacensis, vtriusque juris baccalaureus, in procuratorem generalem almae vniuersitatis Dolanae ijsdem comitijs nemine repugnante electus est.

Cum autem ad electionem procuratoris canonum ventum esset, omni[bu]s votis hoc officio dignus indicatus fuit omni religione praeclarus et nobilis genere satus dominus Hugo Grandmont, ordinis Cluniacensis, juris vtriusque baccalaureus.

Marceret

[120]

Joanni vero Tricornoto, Repacensis, viro cum in omnibus disciplinis tum maxime in sacra jurisprudentia non mediocriter versato, officium procuratoris juris ciuilis oblatum et traditum est.

Anthonius Barillet, Pontarliensis, in obtinendo officio procuratoris artium coeteris omnibus pro singulari sua morum et vitae integritate, summa doctrinae et eruditionis excellentia praelatus fuit.
Quibus sic peractis ad consiliariorum tandem electionem deuentun est. Itaque sacrorum

canonum consiliarius omnibus annuentibus creatus est, religione, pietate et modestia praestans Claudius Laurent, Noxianensis, diocesis Vallatinensis.
Subinde raris naturae et ingenij dotibus preditus Joannes Laurenceot, Arbosiensis, juris caesarej consiliarius factus est.
Cum tamen mihi jam eligendus esset successor et hic ob pestis fortasse suspitionem, quae hic vigebat, abesset, in eius locum receptus fuit a venerando collegio vix humaniorum litterarum peritissimus dominus Philibertus Very die prima mensis Aprilis anno domini 1566 stylo communi.
Tandem etiam in consiliarium artium omnium suffragijs vocatus fuit foelici ingenio natus et in omni disciplinarum genere excellens vir Joannes Richard, Lodensis.
A quibus omnibus juramentum statuto praescriptum accepimus.

[121]

Qui doctoralia insignia nostri magistratus t[em]p[or]e consecuti sunt.

Mirabili et vere diuino ingenio praeditus atque in omnibus pene disciplinis optime versatus Franciscus Brouhoeius, Dolanus, in publico legum auditorio vtriusque juris, canonici sic et caesarei licentiatae et docturae laurea insignitus est die quinta mensis Maij anno millesimo quingentesimo sexagesimo quinto.

Ingenij singularis et non vulgaris eruditionis vir Arnoldus Mollens, patriae et diocesis Leodiensis, die octaua mensis Junij in juris ciuilis ~~Locxx~~ scholis licentiate et doctoratus gradu in vtroque jure ornatus est.

Doctrina et omni religione praestans frater Claudius Nepulanus, professione minor regularis parochiae Thom, diocesis Sebonnensis, Sardianus, conventus sancti Michaelis in Tharentagia, sacrosanctae theologiae doctoralibus insignijs condecoratur die vigesima sexta mensis Julij anno vt s[upra].

Eadem die actuque eodem frater Franciscus Mudricus, eiusdem ordinis minorum parochiae Brolli, diocesis Seboniensis, Sardianus, conventus sancti Francisci Elusij et Sabaudiae custos, cum in omnibus disciplinis tum maxime in sacra theologia impigram uanasset operam eiusdem theologiae licentiatus et doctor declaratus.

Marceret

[122]

Ego Joannes Marceret, huius Dolanae academiae rector, in publico legum auditorio frequentissimo conuentu juris canonici et ciuilis licentiatus creatus sum die penultima Martij anno vt s[upra] praesidente Adriano Perroto, vicerectore acutissimo et eloquentissimo. Die vero proximo sequenti in aede beatae Mariae virginis, omnibus observatis solennitatibus, in amplissima gravissimorum eruditissimorumque virorum corona doctoralibus insignijs ornatus paranympho vtriusque juris doctore disertissimo domino Hugone Bonigeris, disputatore vero d[omi]no Hylario Zanc, vtriusque etiam juris doctore multis nominibus commendato.

Lubet vero hic adscribi, quod licet fuerit mihi de immunitate promotionis meae aliqua et quot annis repetita cum dominis doctoribus disputatio. allegato tamen et arte per me defenso

priuilegio omnibus dominis doctoribus concesso. Illi me omnino ad omnes gradus gratis admittendum consuerunt. Excepto ~~xxxxx~~ jure earum personarum, quae statuto non comprehendeatur. Quod adueci vt intellegant successores ea jura omnino et immolabiliter obseruarj debere.

Marceret

[123]

Non tantum maiorum suorum nobilitate, sed et propria virtute ac doctrina clarus dominus Anthonius Turrensis, Dolanus, canonicus Bisuntinus, die tertia mensis Aprilis tanto honore dignus indicatus est, vt licentiae simul et docturae coronam receperit.

Acolytae siue licentiati

Amplissimis animi dotibus ornatus Matthaeus Aubertin, Marchianus, in jure ciuili licentiae gradum adoptus est die octaua mensis Junij, litterarum vero ac iuris peritissimus dominus Petrus Steirnagel, CronWeissemburgensis, diocesis Spirensis, in eodem jure ciuili licentiatus factus est die vigesima septima mensis Octobris vicerectore domino Adriano Perroto.

Ingenij etiam et eruditionis perfectissimae vir dominus Christophorus Busbach, Luxemburgensis, diocesis Treuerensis, vtriusque juris prolytarum albo adsumptus est, eodem actu quo s[upra]

Vir modestia et eruditione insignis dominus Joannes Vermet, Salinensis, in vtroque juris licentiatorum ordinem admissus est die decima nona mensis Januarij 1566 stylo co[mmun]i.

Baccalaurei

Marceret

[124]

Hugo Bourgeois, Dolanus, vtriusque juris baccalaureus, non solum p[ro]pter singularem eruditionem, sed etiam summam morum integritatem ac ingenij dexteritatem in frequentissimo totius vniuersitatis coctu vtriusque juris licentiatus pronunciatus est die quarta mensis Augusti ac postridie amplori grauissimorum virorum corona assistente in aede diuae virginis Mariae doctorali diademate exornatus fuit.

Jacobus Theodorus, Tabernomontanus, Spirensis diocesis, in praeclara medicinae scientia et praxi plane absolutus et perfectus, cum eiusdem medicinae antea licentiatus alibi creatus esset (prout venerando collegio jureiurando affirmauit et de suo diplomate intra trimester se fidem facturum promisit) indicatus est dignus, qui doctoris quoque honoribus et priuilegiis frueretur, die vigesima mensis Augusti.

Die autem vigesima secunda mensis Augusti non solum morum probitate, sed et doctrina perleb..s frater Joannes Vatissier, Matisconensis, diocesis eiusdem, gardianus Ledolini Salnerij vtrumque gradum licentiate scilicet et docturae in sacra theologia consecutus est.

Non minori etiam tam vitae sanctimonia quam diuinae illius partis scienta ornatus frater Franciscus Bellotius, Bellonanensis in Picardia, diocesis eiusdem, gardianus conuentus de ville franche, in eadem facultate eosdem gradus eodemque actu obtinuit.

Doctissimus et bone indolis adolescens dominus Joannes Gandinoy, Rupoculensis, Marianensis diocesis, in vtriusque juris licentiatum et doctorem creatus est die vigesima septima mensis Octobris, domino Adriano Perroto vices n[ost]ras gerente.

Marceret

[125]

Omni bonarum disciplinarum genere ornatissimus et omnibus studiosis ob raras animi dotes amantissimus dominus Anatholius Saliot, Bisuntinensis, vt digna laborum ac studiorum merita atque praemia aliqunado reciperet, in vtroque jure licentiati et doctoris insignia ex Dolana academia retulit die nona Martij 1566 stylo communi.

Acutissimi etiam ingenij necnon solidae doctrinae adolescens dominus Joannes Tricornot, Bayacensis, cum summo labore omnes pene vtriusque juris fontes exhausisset, eodem honore indicatus est, quapropter eodem actu, quo supra juris vtriusque licentiatus et doctor factus est.

Liberalioribus disciplinis et praeclarae medicinae scientiae clarissimus dominus Claudius Tonners, artium magister et in dicta facultate ordinaries professor, Collegiensis, Bisuntinae diocesis, cum in publicam vtilitatem suos labores conferre exoptaret, in eadem medicina licentiatus et doctor creatus est die vigesima prima Martij anno vt s[upra].

Prudentia ac sagacitate non minus quam vtriusque juris scientia praeditus d[ominus] Symon Colard, Ornacensis, huius almae vniuersitatis syndicus diligentissimus, vigesima tertia mensis Aprilis anno vt s[upra] licentiati & doctoratus ornamentis tam juris pontificij quam caesarei decoratus fuit.

Amplissimus quoque o[mn]ium pene scientiarum choro stipatus dominus Claudius Gruoy, Salinensis, vtriusque censurae licentiatus et doctor non immerito habitus fuit. Idque eodem actu quo s[upra] …

Marceret

[126]

Optimi et sani iudicij vir dominus Anthonius Barillet, Pontarlianus, procurator artium in hac academia, vt se jureiurando liberaret, quo omnes officiarij promittere solent, quod ad aliquem gradum intra tres menses promouerj curabunt. Examen quidem subijt pro gradu baccalaureatus in vtroque iure suscipiendo. Verum quia tandiu est grassata pestis in hac vrbe Dolana, vt solennis actus fieri solitus ab eo celebrari non potuerit. Idoivero a venerando collegio illi remissa est huiusmodi solennitas die prima mensis Aprilis et sic vtriusque juris baccalaureus creatus.

In professorum ordinem hoc anno recepti

Eruditissimus vir d[omi]n[u]s Petrus de Bergieres, Dolanus, medicinae doctor, a dominis n[ost]rae vniuersitatis distributoribus institutus fuit praeclarae medicinae professor in locum

defuncti domini Renati Perrot, viri cum viueret non solum de medicina, sed de omni scientiarum genere meritissimi. Dictus itaque dominus Petrus de Bergieres praestito prius solito juramento a venerando collegio receptus est die vigesima mensis Februarij anno d[omi]ni millesimo quingentesimo sexagesimo sexto stylo communi.

Qui ad officia hoc anno euecti sunt. Marceret

[127]

D[omi]n[u]s Petrus Froissard, causarum patronus disertissimus, impetratis a regia mayestate litteris, quibus eum huius almae vniuersitatis distributorem institutum esse cognouimus, juramentum legitimum debitum praestitit in manibus nostris die quinta Februarij 1566 stylo communi.

Joannes Villet dictus Cuibert ob mortem p[at]ris sui Joannis Villet dicti Guibert admissus est ad officium virgarij decima octaua mensis Januarii 1566 stylo communi.

Jacobus Dessey, ciuis Dolanus, chirurgus, a nobis receptus est in custodem indumentorum sacellj d[omi]nj Georgij, praestito in manibus n[ost]ris solito juramento die tertia Martij anno vt s[upra].

Probus quoque vir et in arte sua peritus Joannes Godard, Dolanus, die quarta mensis Aprilis anno vt s[upra] vniuersitatis nostrae pilearius factus est atque juramentum debitum legitime praestitit.

Qui in album studiosorum almae vniuersitatis Dolanae a nobis relati sunt

Petrus Bourgeois, Bisunt[inae] diocesis presbiter et familiaris ecclesiae collegiatae diuae virginis Mariae apud Dolanos die septima mensis April[is] 1565 stylo communi, praestito sacramento in matricula receptus est.

Joannes Martel, Ornacensis, Bisuntinae diocesis, sexta die Maij anno 1565.

Joannes Gros, presbiter diocesis Lingonensis, vndecima die Maij anno vt s[upra].

Marceret

[128]

Claudius Painetre, presbiter de Stella, Bisuntinae diocesis, vigesima prima die mensis Maij anno vt s[upra].

Ludouicus Thomassetus, diocesis Cabillonensis, die vigesima sexta mensis Maij anno vt s[upra].

Stephanus Hugoy, Grayacensis, Bisuntinae diocesis, die decima septima mensis Maij.

Philippus Boituget, Quingeriensis, Bisuntinae diocesis, eodem die.

Hugo Foynellus, Bisuntinae diocesis, prima die mensis Juniji anno vt s[upra].

Joannes Cauoquellus, Bisuntinae diocesis, die decima quinta mensis Junij anno vt s[upra].

Hugo Vernerey de Passonfontaine, Bisuntinae diocesis, die decima quarta mensis Junij,

Franciscus Huotus, Dolanus, diocesis Bisuntinae, die secunda mensis Julij anno vt s[upra].

Claudius Dorsan, nobilis de Maronne, dioces[is] Bisun[tinae] die sexta Julij anno vt s[upra].

Eodem etiam die Stephanus Vierrard, nobilis de Paßavant, Bisuntinae diocesis.

Philibertus Perruschot, presbiter diocesis Lingonensis, die decima mensis Julij anno vt s[upra].

Anthonius de Annenberg, nobilis Curensis diocesis, natione Germanus, die decima tertia mensis Julij 1565.

Jacobus de Annenberg, eiusdem diocesis, frater Germanus dicti Anthonii, eodem die et anno.

Sigismundus de Annenberg, etiam Anthonii et Jacobi frater, eiusdem diocesis, eodem die.

Joannes Huosius, supradictorum praeceptor, Leodiensis diocesis, die et anno vt s[upra].

Bartholomaeus a Piezino, diocesis Pragacensis, die decima tertia mensis Julij.
Marceret

[129]

Christophorus a Lobkowiz, baro eiusdem diocesis, eodem die.

Joannes a Piezino, eiusdem diocesis, eodem etiam die.

Melchior a Piezino, eiusdem diocesis, eodem die.

Ancelmus Belinus, Dolanus, Bisuntinae diocesis, die decima sexta mensis Julij anno vt s[upra].

Henricus vero Belinus, eiusdem vrbis et diocesis, superioris frater germanus, eodem die.

Petrus Saulgey, Lingonensis diocesis, die octaua mensis Augusti anno vt s[upra].

Petrus Renauld, presbiter Bisuntinensis, eiusdem diocesis, die decima sexta Augusti.

Constantinus Theobaldus, Dolanus, diocesis Bisuntinae, die vigesima eiusdem mensis vt s[upra].

Claudius Cecilius, Pontarliensis, Bisuntinae diocesis, die vigesima quinta Augusti.

Stephanus Contenetus, eiusdem loci et diocesis, die eadem.

Guillielmus Maleßuetus, eiusdem etiam loci et diocesis, dicta die xxv.

Ferreolus Huotus, Veseyensis, diocesis Bisuntinensis, eiusdem die et anno.

Joannes Brullon, Gallus, diocesis Lingonensis, xviii. die mensis Januarij anno 1566 stylo comm[un]j.

Joannes Pousselet, Salinensis, Bisuntinae diocesis, decima nona die mensis Januarij anno vt s[upra].

Petrus Marceret, Bisuntinae diocesis, eodem etiam die vt supra.

Guillielmus Doiroz de Salerijs, Bisuntinae diocesis, die decima octaua mensis Februarij.

[130]

Joannes Robertus, Dolanus, Bisuntinae diocesis, duodecima die mensis Martij anno vt s[upra].

Claudius de Montfort, nobilis Bayacensis, Bisuntinae diocesis, die quinta mensis Aprilis, anno vt s[upra].

Ancelinus Dauid, Lodolinensis, diocesis Bisuntinae, eodem die et anno.

Mirum nequaquam tibi videri debet (candide lector) si pauci admodum hoc anno matriculae n[ost]rae inscripti sunt: cum non solum in locis circumquaque vicinis, sed maxime in hac arce Dolana pestis diu multumque grassata sit, cuius perfidiae nemo et revte quidem credere vult.

Qui huius vniuersitatis Dolanae suppositi m[agist]ratus n[ost]ri tempore ex hax luce migrarunt.

Amplissimus necnon aequissimus in hoc supremo Burgundiae senatu consiliarius, dominus Petrus Sauchet, huius n[ost]rae vniueraitatis distributor et moderator prudentissimus ac vigilantissimus, his corporis vinculis liberatus ad vitam foeliciorem transijt, non sine maximo multorum justo dolore, penultima die mensis Septembris anno domini millesimo quingentesimo sexagesimo quinto.

Marceret

[131]

Magni etiam nominis vir, dominus Renatus Perrot, in hac Dolana academia medicinae professor meritissimus, vitam cum morte commutauit die quarta mensis Februarij 1566 stylo communi. Cuius ego, almae vniuersitatis Dolanae rector, simul cum eiusdem vniuersitatis professoribus funus concomitatus sum subsequentibus senatoribus.

Optimus ac diligentissimus vir Joannes Cuibert, virgarius facultatis artium repentino et contagioso morbo correptus e viuis excessit die vigesima prima mensis Nouembris anno domini millesimo quingentesimo sexagesimo quinto.

Perpauca, quae n[ost]ri magistratus tempore contigere

Vellem equidem (candide lector) amplissimum hoc anno mihi datum fuisse argumentum posteris relinquendi multa praeclara et albo notanda lapillo singularis mei in hanc academiam amoris indicia. Verum id non omnino passa est temporum n[ost]rorum (vt ita dicam) calamitas. Diu siquidem et acerbe (vt dixi) hic viguit pestis, cuius ratione integro quadrimestri

hinc abesse coactus fui. Quoquidem tempore nullus vniuersitatis n[ost]rae locus relinqui potuit.

Vt autem hic perpauca q[uae] multum huius n[ost]rae vniuersitatis authoritate respiciunt dicam: non possum certe hic silentio praeterire meae peregrinationis progressum. Sum enim ego huius vniuersitatis Dolonae rector, ob sanitiam (vt dixi) pestis, quae hic

Marceret

[132]

grassabatur, Polignium natale solum repetere cogerer ibi certe ab omnibus probis et grauissimis viris, authoritati cum inter diuersi h[oc] genere homines omnia perpetuo tranquilla esse non possint, dicam quod interim euenit. [*am rechten Rand*: Nota: Idem f…ae ac coe..isse Georgio Charpilleto, artium magistro, almae acad[emiae] Dolanae rectori anno 1598 Charpilletus] Dum ego in solenni quadam supplicatione, quae in eccl[es]ia parochiali eiusdem loci fiebat, interesse cuperem et tanquam rector in eadem supplicatione primum ordinem, meo iure occupare non ambitionis vel gloriae captandae (deum testor) sed conseruandae dignitatis rectoralis causa, quae omtra muros Dolanos constrigi non p[otes]t. Instituto meo maxime obstitit magister Matthaeus Jenne. Nam is nedum primum locum festinans auido occupauit, sed etiam id nescio, quo furore percitus me adhuc a sinistris incedentem grauiter repulit. Cui cum ego maxima ~~xxx~~ admiratione ductus dixissem, me non de honore proprio, sed vniuersitatis (cui jureiurando perpetuum honorem exhibere tenebatur) contendere: ille se nullum mihi exhibiturum honorem respondit. Caeterum dum haec, non sine maximo scandlo fiunt, et dum vi repellere omnia jura permittant, eo inuito et maxime repugnante dextro ordine incedere coepi. Nec illum solum, sed etiam consiliarium quendam Dolanum (cuius nomen supprimere melius est quam explicare) qui illic aderat praecedendum putaui. Aduenit etiam interim quidam Guido Fourneret, supradictorum familiaris et consanguineus, qui vt eis gratus esset, tum in eadem ecclesia innoxocendo meipsum insectari coepit et multis iniurijs pudorem mihi incutere conabatur, quo primum eundem locum desererem.[*Am rechten Rand:* Quod rector non solum in vrbe Dolana, sed etiam extra illam debeat gaudere priuilegiis rectoratus dignitatur] Sed ego maiorum n[ost]rorum prodignitatis officiique ratione priuilegia immolate, firmo pode conseruanda existimaui. Hac autam omni tragodia dominis venerande collegij significate facta fuit eis conseruandae et retinendae dignitatiae rectoraliae cupiditas, v team etiam Polignij omnimodo tuendam et conseruandam iudicauit. Qapropter sedata tam peste, eiusdem venerandi collegij decreto ad me missi sunt plurimi ex dominis collegis, quibus me ad verlosias dicti loci concomitantibus, praeeunte bidello g[ener]ali, ibidem recoralis gessi insignia, vt sit obstrepentibus satis indicaretur, quod etiam extra districtum Dolanum aliq[ui]s honor dignitati rectoralj deferendus est.

Marceret

[133]

Ego ne taciturnitate quad[em] talem vniuersitati factam iniuriam dissimulare viderer postea Dolanj reuersus rem omnem venerando collegio fusius declaraui: quam certe domini collegae acerbe tulerunt nec inultam relinquendam, sed totius dicti collegii nomine vindicanda indicauerunt. Verum enim vero ne ego priuatas fortasse quasdem inimicitias prosequi viderer

et quoniam amicj mei magistratus tempus iam maiore ex parte effluxerat, amplissimis et diligentissimis successoribus meis (qui hac in parte extra omnem suspitionis notam eriuit et quorum etiam maxime interest) rem omnem ~~dic~~ vindicandam reliqui. Mihi siquidem hac in re satis est, quod per me ~~steterit~~ non steterit, quominus omnia vniuersitat[is] nostrae jura intacta perpetuo et vbique remanerent.

[*Am linken Rand:*] Expellitur et priuatur priuilegiis v[n]i[ver]sitatis scholaris qui ….. …. noluerat dare nomen matriculae.
Lubet etiam hic addere quod tum quidam Gilbertus Jenne, supradicti filius, biennium aut plus eo in hac percelebri vniuersitate juri operam dedisset lectionesque publicas audire solitus fuisset, nec secundum statute expressam formam in publica scolasticorum matricula inscribi voluisset: Imo a procuratore n[ost]ro saepius interpellatus et coram nobis ad hoc expresse vocatus vt iure plane recusasset. Nos quoniam ex bidelli nostril generalis relatione sum anctem nostrum contempsisse: imo priuilegijs n[ost]ris renunciasse cognouimus, eidem, statuto dictante scolarum n[ost]rarum fulgibitionem ferimus. Isque reliquo mei magistratus tempore, tanquam ab vniuersitatis n[ost]rae gremio expulsus habitus est. Hoc adicci, vt curent omnes studiosi ex laudabili consuetudine et forma statuti, vbi primum huc appulerint in matricula inscribe, et videant non ita temere reinitiandum esse priuilegijs vniuersitatis n[ost]rae, cum sine perpetua infanne nota id fieri nequeat. Alioquin rectoris et totius vniuersitatis authoritas facile illudi posset.

Nec pretereundum puto quod oblate quadam totius collegij supplicationem
Marceret

[134]

Reuerendissimo ac sanctissimo archiepiscopo Bisuntino obtinuimus, vt posset consecrari sine dedicari sarcophagus diuj Georgij. Quodquidem dijs bene fauentibus rite et solenniter praestitit omni religione et pietate clarus dicti archiepiscopi suffraganeus dominus Nycolaus Guerin vndecima die Maij anno domini millesimo quingentesimo sexagesimo quinto.

[*am rechten Rand*: ad instantiam de supplicatione DD. de vniuersitate cons..catur sarcophagia s[anc]ti Georgii]

Cum autem huius almae vniuersitatis Dolanae multae lites in supremo senatu Dolano iam a longo tempore coeptae et agitatae fuissent, paucae tamen admodum decisae et terminatae: vt aliqua tandem communis vtilitatis (quae plaerunque negligi solet) ratio haberetur: Ego diligentissimi et clarissimi antecessoris mei d[omi]ni Guillielmi Quad a Lantzkron vestigijs inhaerens, summo pero curandum putaui, vt saltem n[ost]ri magistratus tempore decideretur quidam eiusdem vniuersitatis processus, in dicto senatu tam a longo tempore intentus, in materia deireti contra quosdem vulgo dicti Les Mictoriens Arbosienses. Quiquidem ad res reddendum coeteris promptior et paratior erat. Itaque tam n[ost]ra quam dominorum doctorum et domini pcuratoris generalis opera ac diligentia offertum est, vt sexta die Septembris anno 1565 eiusdem supremi senatus sententia petitionem suam obtinuerit dicta vniuersitas. Quae vt debitum suum consequeretur, iterum Arbosii subhastata sunt bona debitorum vilius aliquando vendita. Et sic vniuersitas deductis impensis mille et quinquaginta francos consecuta est, qui

ad eius vtilitatem illico collati sunt. Velim autem intelligant successors hac in re potissimum esse elaborandum, vt breui indicio reliquae lites decidantur; si vniuersitati n[ost]rae prouentui optome consultum esse velint.

Hos annales aprobauit totum venerandum collegium ad hoc specialiter in sacello diui Georgij conuocatum die vicesima octaua mensis Julij anno d[omi]ni millesimo quingentesimo sexagesimo quinto. Marceret

Ex madato mag[ist]ri d[omi]ni d[omi]ni rectoris et venerandi collegij almae vniuersitatis Dolanae

Tunquam scriba g[ene]ralis dictae vniuersitatis D. Cotard

[135]

Ad amicvm et candidvm lectorem

Cogimur isti:

Ius mala tempes latis & alto. Egressas erebo furias, turpique fugatam virtutem exilio & varias percurrere clades, vox.
Licet mihi annales, seu quae varie et misere mei rectoratus tempore euenere, ijsdem incipere atque aggredi versibus, quibus opus amplissimum & elegantissimum aggreditur Mantuanus alter poeta de suorum temporum calamitatibus. Nam vt bella, tumultus, intestinas seditiones, Turcicas inuasiones, templorum spoliationes, pollutiones virginum & mulierum raptus et incestus, haereticorum & scismaticorum peruersa dogmata, impias neces atque omnium omnis generis vitiorum & scelerum accumulata agmina (quae vniuersum orbem detinent) ipse sciens praeteream, pestem tamen turbulentam, seu epidimiam cursileam, quae cum vniuersaliter omnes attigerit, tum petissimum hanc nostrum splendidam vrbem Dolanam ita angustauerit, sic violenter in eam & ardenter saeuierit, vt summos maxima erudition praeditos viros immatura et praecipiti morte nobis eripuerit, de qua cum eodem poeta sic possum dicere:

Est crudele genus necis: hoc immane feroxque
supplicium haec stygio rabies egressa profundo
perque domos humiles perque alta palatia regum
saeuit et occultis miseros ferit ictibus artus,
iamque cadaueribus desunt loca iuncta sacratis
aedibus, effossa passim tellure prophanis.

[136]

conduntur tumulis inhonoratisque feruntur
funeribus, dictu horrendum visuque tremendum.

Itaque mirari iamiam desine, candide lector, si paucos in albo adscriptos, quam plurimos vero vita functos tibi appareat, maximis aerumnarum et molestiarum turbulentissimisque tempestatibus ita grassantibus mihi diutius vrbe carendum fuit: ab vrbe quidem mensis quinque abfui, septem verp non cum luctu & miseria, imo cum summo timore et ingenti metu peregi. Tandem fatis annuentibus restaurata o[mn]ia possum mihi audacter meoque iure vendicare ita suscepta dignitatis rectoralis gubernacula gessisse, vt non minus a senatu et ab

vtroque praefecto scilicet vrbis & militum extraneisque obseruarer, quam collegiatis suppositisque gratus atque acceptus esse, non quidem mea  prudentia aut eruditione, sed eorum in me propensa bonitate & reuerentia. Quid multis, candide lector, mihi opus ? Poteris lectione annalium (si qua te delectatione capiant) vel rem ipsam totumque negotium intelligere. Laeto igitur animo, quae vere, syncere ac omni sermoto fauore pure adscripsimus, excipe.

Cum itaque vt iam exordiar, a maioribus n[ost]ris pie non minus quam sancta constitutum sit omnibus in rebus gerendis et administrandis aliquem praeficere, qui cuncta prudenter examinet, docte dispenset, sapienter administret, cuius nutui, imperio & iussui reliqui pareant et obsequantur, quem vnum ducem sectentur, principem colant, rectorem reuerentur. Tamen ne priuatis iniurijs vel dissidijs publica negligeretur vtilitas, si praefectorum perpetua esset iurisdictio, annalem constituere rectoralem dignitatem, quolibet anno nouum deligendum rectorem. Quae omnis sapie… ab antecessore meo clarissimo viro d[omi]no Ioanne Marceret obseruata, eius mandato conuocata & coacta fuit frequens ac praecelebris in vniuersum academia Dolana nonis Aprilis anni M.D.LXV, in qua cum de nouo eligendo rectore ageretur, ab eisdem mihi immerenti et indigno meaeque fidei haec celeberrima praeclarissima demandata fuit.

[137]

[*Am linken Rand:*] Rector

Ego itaque Claudius Guiot, Machiensis, Burgundus, electus rector a toto collegio vniuersalique academia non sine applausu approbatus & confirmatus in manibus dicti clarissimi antecessoris sacramentum praestiti.

Mox euocatis alijs officiarijs electis secundum formam statuti ab eisdem sacramentum exegi. Ei vero fuere:

Vir solidae eruditionis & singularis iudicij, dominus Ioannes  Richard, Lodensis, procurator generalis.

Maximae pietatis & religionis nobilis vir dominus Hugo de Grandmont, iuris canonici baccalaureus, cum iam a multis annis consiliarij & procuratoris canonum officio debite functus esset, canonum procurator continuatus est.

Peritus et studiosus vir domimus Claudius Rochet, iuris vtriusque baccalaureus, procurator iuris ciuilis.

Clarissimus vir dominus Petrus Chifflet, patritius, artium procurator communi calculo effectus est.

Mox insignis eruditionis vir dominus Claudius  Laurent, iuris canonici baccalaureus, consiliarius iuris pontificij designatur. Qui cum abesse coepisset, pietate et probitate clarus vir dominus Claudius de Vallerot a Bussillon, iuris canonici etiam baccalaureus, prior a Sancto Romano, in eius locum consiliarius suffectus est.

Doctrina singulari et eruditione perpollens dominus Philibertus Very, artium liberalium magister & poeta clarissimus, consiliarius iuris caesarei creatur, cuius absentia ne academiae nociua foret, studiosum virum Franciscum Ramasson totius collegij consensu consiliarium declarauimus.

[138]

Studiosus & vigilans vir dominus Ioannes Brullon artium consiliarius habitus est.

Sequuntur, qui n[ost]ro rectoratus tempore gradus adepti sunt.
Et primum Doctores create

Clarvs et ervditus vir d[omi]nus Henricus Bergerot, Luxemburgensis, diocesis Treuerensis, fuit in auditorio legum iuris vtrusque licentiatus et doctor creatus hora octaua matutina d[omi]no Mathia Lotrey, paranympho, quarto idus Augusti anno d[omi]ni M.D.LXVI.

Decimo cal[endis] Ianuarij anni M.D.LXVI insignis et clarus vir dominus Ioannes Coquille, Niuernensis, eiusdem diocesis, ordinis Cluniacensis, expresse professus collegij sancti Hieronymi in hac vniuersitate fundati primarius priorque meritissimus, iuris canonici doctoralibus insignijs legitimo iure sibi debitis exornatus paranympho d[omi]no Ioanne Odier, iuris canonici licentiate.

Eodem anno & die summae eruditionis vir dominus Ioannes Doiroz, Poligniensis, Bisuntinae diocesis, ordinis Cluniacensis, expresse professus sancti Hieronymi collegij praedicti proprior vigilantissimus, licentiae et doctoratus in iure canonico decita a multis insignia reportauit eodem paranympho Gilberto le Ieusne, Poligniensis, prurectore n[ost]ro meritissimo.

[139]

Vir in omni scientiarum genere peritissimus d[omi]nus Ioannes Kalt, Spirensis, eiusdem diocesis, licentiatus et doctor vtriusque iuris creatus est decimo cal[endis] Februarij anno M. D. LXVI.

Eodem die & anno doctissimus vir Ioannes Engelsphach, Bibracensis, Constantiensis diocesis, in vtroque iure licentiae et doctoratus insignijs fuit illustratus & perornatus.

Ego itaque Claudius Guiot, huius n[os]rae almae academiae rector, iuris pontificij et caesarei licentiatus, clarissimo viro d[omi]no Domitio Olzignano prorectore dignissimo idibus Martij atque decimo septimo cal[endis] Aprilis in amplissimo deiparae virginis templo vtriusque iuris doctor creatus paranympho d[omi]no Hugone Bourgeois, I.V.Doctore, viro disertissimno, et d[omi]no Quintino Iacques disputatore cautissimo, p[raese]ntibus clarissimis et aequissimis senatoribus d[omi]nis camerae ratione, praetore Dolano cum reliquis scabinis.

Amplissimus vir et doctissimus dominus Ioannes Richard, Lodensis, Bisuntinae n[ost]rae academiae meritissimus atque vigilantissimus procurator g[e]n[er]alis, licentiatus et doctor creatur duodecimo calend[is] Martij anno M. D. LXVI paranympho d[omi]no Philippo  Camu I.V.doctore peritissimo.

Acutissimus et disertissimus vir dominus Barnard de Villers, Ruffeiensis, Bisuntinae diocesis, eodem paranympho licentiatus et doctor declaratur die & anno praedictis.

[140]

Baccalaurei

Singulari eruditione praeditus vir d[omi]nus Ioannes Laurenceot, Arbosiensis, Bisuntinae diocesis, baccalaureus in vtroque iure creatus est ac de actu publico celebrando in frequenti collegio dispensatus sedecimo cal[endis] Iulij anno d[omi]ni M. D. LXVI.

Discretus ac religiosus vir d[omi]nus Philibertus Brouhé, ordinis sancti Benedicti mensionarius, prioratus sancti Stephani de Sytodo, Bisuntinae diocesis, in iure canonico baccalaureus pronuntiatus est duodecimo calend[is] Iulij anno M. D. LXVI.

Nobilis et studiosus vir d[omi]nus Gilbertus de Ieune, Poligoniensis, Bisuntinae diocesis, fuit vtriusque iuris baccalaureus pronuntiatus & declaratus pridie non[is] Iulij anno M. D. LXVI.

Professores recepti

[*Am linken Rand:*] Professor extraordinarius
Quinto cal[endis] Maij anno M. D. LXVI. excellentissimus vir dominus Hieronymus Olzignanus, nobilis collegiatus Patauinus, iuris vtriusque doctor clarissimus et celeberrimus Dolam appulit, et sexto nonas eiusdem mensis & anno coacto & conuocato collegio nobis clarissimo viro d[omi]no Francisco de Marenches, I.V.Doctore, vrbis Dolanae praefecto, et alijs proceribus p[raese]ntatus fuit. Quem praestito solenni secundum statuta formam sacramento, in primam iuris ciuilis lectionem exercendam admissimus ijsdem honoribus et priuilegijs, quibus hactenus coeteri clarissimi antecessores vsi fuerunt.

[141]

Pridie nonas Februarij anni M. D. LXVI. insignis pietate et eruditione vir d[omi]nus Ioannes Doiros, Poligniensis, Bisuntinae diocesis, iuris canoni doctor peritissimus & consummatissimus atque Hieronymiani collegij proprior meritissimus, communi calculo & suffragio d[omi]norum distributorum electus pontificij iuris professor a toto veneramdo collegio concorditer, non obstantibus oppositionibus et appellatione d[omi]ni Ludouici du Tartre I.V.doctoris, ad lecturam iuris canonici per obitum clarissimi viri d[omi]ni Guillelmi Petit, I.V.doctoris, vaccantem admissus est, praestito secunduum statuti formam sacramento

Qvi in albvm studiosorum admissi sunt praestito fidelitatis & obedientiae sacramento.

Nobilis et egregious vir dominus Ioannes D~~iaboleus~~iopoldus a Stadion, natione Germanus, diocesis Basiliensis, ecclesiarum cathedralis Augustanae et metropolis Moguntinae canonicus, n[ost]rae matriculate fuit inscriptus praestito fidelitatis & obedientiae sacramento nonis mensis Aprilis antepascha anno d[omi]ni M. D. LXV. stylo communi.

Studiosus vir Gaspar Rudolphus, Germanus, diocesis Wratislauiensis, anno, die & mense praedictis praestitit sacramentum.

Nobilis et studiosus vir Iacobus du Four, Salinensis, Bisuntinae diocesis, ijsdem anno, mense et die inscriptus est.

[142]

Octauo idus Aprilis ante pascha eiusdem anni honestus et studiosus vir Gilbertus le Ieune, Poligniensis, Bisuntinae diocesis, albo studiosorum fuit adscriptus.

Sexto idus eiusdem mensis & anni ante pascha religiosus vir do[mi]nus Ludouicus de Fauernier, Poligniacensis, Bisuntinae diocesis.

Eodem die & mensis religiosis vir do[mi]nus Girardus Boyer, Carrolitanus, Heduensis diocesis.

Decimo quinto calend[is] Maij anno millesimo quingentesimo sexagesimo sexto honestus et studiosus iuuenis Hugo Fulgerot, Dolanus, Bisuntinae diocesis.

Duodecimo cal[endis] eiusdem mensis & anno dominus Sebastianus Boidet à Genreyo, curatus de Saligney.

Nobilis & studiosus adolescens Petrus à Turre, Dolanus, Bisuntinae diocesis, vndecimo cal[endis] Maij anno M. D. LXVI.

Nobilis vir dominus Martinus à Bogarin, Gorretianus, diocesis Aquileiensis, pridie non[ia] Maij anno M. D. LXVI.

Anno, die & mense praedictis studiosus adolescens Claudius Petremand, Bisuntinus, eiusdem diocesis.

Quarto idus Maij eiusdem anni honestus iuuenis Claudius Gaius, Arelatus, Bisuntinae diocesis.

Henricus Recepueur, Dolanus, Bisuntinae diocesis, idus Maij eiusdem anni.

[143]

Nobilis et clarus vir Carolus de Ophey, Bruxellensis, diocesis Cameracensis, decimo calend[is] Iunij anno M.D.LXVI.

Septimo calend[is] Iunij nobilis et studiosus adolescens Claudius Belin, Vesuliensis, Bisuntinae diocesis.

Religiosus vir do[mi]n[us] Petrus Saulnier, Cadrelensis, diocesis Heduensis, ordinis Cluniacensis, quarto idus Iunij eiusdem anno.

Religiosus & optimae spei adolescens do[mi]nus Andreas Caneau, ordinis Cluniacensis, diocesis Claremontensis, tertio idus Iunij anni M.D.LXVI.

Optimi iudicij & acuti ingenij religiosus do[mi]nus Franciscus Lullier, Bituricensis diocesis, ordinis Cluniacensis, decimo septimo calend[is] Iulij anni M.D.LXVI.

Nobilis et bonae indolis adolescens Ioannes Tyrot, Dolanus, Bisuntinae diocesis, decimo quarto cal[endis] Iulij anni M.D.LXVI.

Studiosus et clarus adolescens Philippus Colerus, Pinguensis, diocesis Moguntinensis, natione Germanus, quinto calend[is] Iulij anno M.D.LXVI.

Eodem die et anno praedictis Paulus Colerus, eiusdem Philippi frater germanus.

Nobilis et clarus vir Bartholomaeus Brunchemborn, Pinguensis, Moguntinensis diocesis, anno, die et mense praedictis.

[144]

Artium et legum scientia peritus & eruditus vir Michael Attilius in montibus Aueniae, diocesis Cameracensis, decimo octauo Augusti.

Summa eruditione pollens & clarus vir Conradus Brentuerus, Prusselanus, diocesis Spirensis, decimo quarto cal[endis] Augusti M.D. CXVI.

Nithidius Pauerius, Salinensis, Bisuntinae diocesis, septimo cal[endis] Augusti.

Studiosus et honestus iuuenis Iacobus de Bruxelles, Dolanus, Bisuntinae diocesis, Loyae siue Lupie propter pestis grassationem fidelitatis sacramentum praestitit in manibus nostris decimo cal[endis] Octobris anno M.D.LXVI.

Nobilis et studiosus Franciscus a Cresceret, Vgniensis diocesis et comitatus Geneuensis, in manibus nostris fidelitatis & obedientiae sacramentum dedit Loyae quarto calend[is] Octobris anno M.D.LXVI.

Nobilis et honestus adolescens Henricus le Ciergier, Dolanus, pridie non[as] Februarij anno M.D.LXVI.

Studiosus iuuenis Franciscus Girard, Dolanus, pridie non[is] Februarij anno M.D.LXVI.

Honestus iuuenis Ioannes M[ait]re, Dolanus, clericus, non[is] Februarij anno M. D. LXVI.

Nobilis & clarus vir Antonius Perrot, Dolanus, sexta idus Februarij anno M.D.LXVI.

[145]

Vir excellentissimus Domitius Olzignanus, nobilis, quinto idus Februarij anno M.D.LXVI.

Duodecimo calend[is] Martij Guillelmus Richardot de Morel, Bisuntinae diocesis.

Sexto idus Martij anno M.D.LXVI. Claudius Hugonet, Cyrodanus, optimis l[..]ris et moribus praeditus.

Eodem die & anno honestus vir Guillelmus de Moyne, Poligniacus, Bisuntinae diocesis.

Renobertus Robert, Dolanus, decimo quinto calendas Aprilis anno M.D.LXVI.

Decimo calend[as] Aprilis anno praedicti nobilis vir Antonius Danuers, Bisuntinus eijusdem diocesis.

Claudius Morellus, Poligniacensis, Bisuntinae diocesis, quarto cal[endas] Aprilis ante pascha anni M.D.LXVI.

Philibertus Paraduis de Ledosalnerio calendis Aprilis post pascha anni millesimi quingentesimi sexgesimi septimi.

Nobilis adolescens Nicolaus du Champ, Dolanus, Bisunt[inae] diocoesis, nonis Aprilis eiusdem anni M.D.LXVII.

Calendis praedictis mensis et anni Claudius Martenet, Dolanus.

Septimo idus Aprilis post pascha anni M. D.LXVII. dominus Franciscus Froumageot pbr.

[146]

Sexto idus Aprilis anno praedicti Franciscus Capitain de Santans, Bisuntinae diocesis.

Eodem die & anno studiosus adolescens Ioannes Coinctot, Dolanus, Bisuntinae diocesis.

Et hi sunt quos admissimus praestito solemni et assueto iuramento.

Ad officia pvblica n[ost]rae academiae euocati et instituti

Sexto cal[endas] Maii anno M.D.LXVI d[omi]nus Stephanus Mairot I.V.D. clarissimus ac de republica n[ost]ra literaria bene meritus, per obitum d[omi]ni Petri du Champ in officium aduocati et consiliarij huius n[ost]rae almae academiae a toto venerando collegio electus est et quarto cal[andas] eiusdem mensis & anni iuxra solitam consuetudinem in ecclesia diui Georgij sacramentum praestitit.

Anno d[omi]ni M.D.CXV idus Aprilis ante pascha sexto Claudius Bailly, ciuis Dolanus, in virgarij theologiae officium cessione sibi facta a Ioannes Roz, eiusdem facultatis virgario, receptus fuit.

[147]

Eisdem anno, mense et die Petrus Mathey, Dolanus, in virgarij artium officium per obitum Iacobi Languillet admissus fuit.

Anno, die, mensi praedictis Ioannes Roz, Dolanus, in officium custodis Ianuae receptus fuit.

Decimo septimo cal[endas] Octobris Claudius Gauthier, Dolanus, in carcerum custodis officium per obitum Georgij Gaulthier suffectus fuit.

Quarto nonas Nouembris optimus vir magister Ioannes de la Monnoye, Dolanus, substitutus in officium scribae n[ost]rae vniuersitatis sacramentum in minibus n[ost]ris repetijt.

Ioannes Bourcier dictus Fontaine in scopatoris officium per obitum Ioannis Vannier admissus fuit decimo quarto cal[endas] Octobris eiusdem anni.

Petrus Saulterot, ciuis Dolanus, in locum praenominati scopatoris auditorij legum officium impetrauit quinto nonas Octobris eiusdem anni M.D.LXVI.

Christianus Valleret medicinae falcultatis virgarius effectus est per obitum Gouini Bourgeois quarto non[as] Octobris eiusdem anni.

Anatholius Mareschal in locum praenominati medicinae facultatis virgarius suffectus est tertio non[as] Februarij anno M.D.LXVI.

Nicolaus Iobert, Dolanus, in officium coci ordinarii dietae vniuersitatis cessione sibi facta ab Anatholio Michiel admissus est praestito sacramento septimo idus Februarij anno domini millesimo quingentesimo sexagesimo sexto.

[148]

Iacobus Desmolay, Dolanus, nobis à clarissimo viro domino Petro de Bergieres, medicinae facultatis doctore et professore ordinario p[raese]ntatus in officium bidelli eiusdem facultatis à nobis confirmatus praestito sacramento.

Michael Murgier à venerando collegio sexto idus Februarij anno M.D.LXVI accensus seu bidellus et comentariensis seu scriba generalis electus, quarto idus eiusdem mensis et anni à toto collegio & ab vniuersitate comprobatus et confirmatus est. Non obstante appella[ti]one magistri Claudij du Bois tanquam abusu, quae paulo post à senatu et nullius effectus declarata fuit.

Honorabilis vir magister Ioannes Boyuin ostensa institutione reuerndissimi archiepiscopi Bisuntini commentariensis conseruatoriae admissus quarto idus Februarij praestito solenni sacramento.

Nobilis et egregius vir dominus Stephanus de Marenches, I.V.Doctor, in locum d[omi]ni Ioannes Cornu concantor sacelli nostrae academiae effectus est sexton idus Februarij praedicti ann

Ioannes de Cambray, Dolanus, in officium apparitoris conseruatoriae resignatione sibi facta ab Antonio Amey receptus fuit praestito sacramento pridie idus Februarii.

Marcus Barbier, Dolanus, in officium clauigeri auditorij legum admissus est per obitum Georgij Gaulthier decimo sexto calend[as] Martij anno M.D.LXVI.

Ioannes Gatet, Dolanus, per obitum Xpiani Valleret nuncius Flandriae creatur praestito sacramento eodem die et anno.

Ioannes Musy, Dolanus, in locum Guillelmi Syboulet officium bidelli seu accensi iuris ciuilis impetrauit et á nobis decimo tertio cal[endas] Martij confirmatus praestito sacramento.

[149]

Ioannes Raguin dictus Darbois in officium latoris panis consecrandi seu benedicendi admissus fuit nono cal[endas] Februarij anno M.D.LXVI.

Franciscus Guinot, Dolanus, in officium nuncij Burgundorum receptus fuit atque Flandriae Germaniaque nationis substitutus nuncius creatus septimo cal[endis] Martij anni M.D.LXVI.

Nonis itaque Aprilis post pascha millesimi quingentesimi sexagesimi septimi officium quaestoris seu receptoris legum per obitum d[omi]ni de Choisey vacans á toto collegio ego Claudius Guiot rector impetraui et perpetuo academiae meam operam dicarem.

Professores mortvi.

Clarissimus vir et vigilantissimus dominus Guillelmus Petit, iuris vtriusque doctor, peritissimus canonici iuris primus et ordinarius professor peste accerba nobis misere ereptus est decimo septimo cal[endas] Nouembris anno M.D.LXVI. Anima in pace quiescat.

Scholastici defvncti.

Nicolaus Greisch, ducatus Luxemburgensis in Iulio vitam finiuit M.D.LXVI.

Guillelmus Richardot de Morel in comitijs nostris litteratijs immature morte interfectus est sexto idus Aprilis anni M.D.LXVII.

[150]

Officiarii, qvi natvrae tributum n[ost]ri rectoratus tempore persoluerunt.

Iacobus Languillet, artium virgarius, peste quaesita obijt idus Aprilis ante pascha sexto anni millesimi quingentesimi sexagesimi quinti.

D[omi]nus Petrus du Champ, I.V.Doctor clarissimus ac huius nostrae almae academiae aduocatus et consiliarius valetudine longa diuturna detentus naturae tributum persoluit vndecimo calend[as] Aprilis post pascha anno M.D.LXVI.

Thomas Desblanc, medicinae facultatis accensus, vna cum fratre peste obijt decimo septimo cal[endas] Septembris anno M.D.LXVI.

Ioannes Marchant alias Vannier, auditorij legum scopator, peste vitam finiuit decimo octauo cal[endas] Octobris anno M.D.LXVI.

Georgius Gauthier, clauiger auditorij legume, idibus Septembris anni M.D.LXVI peste obijt.

Guillelmus Syboulet, facultatis iuris ciuilis accensus deu bidellus, peste grassante vitam finiuit septimo calend[as] Octonbris anni M.D.LXVI.

Goninus Bourgeois, medicinae facultatis virgarius, quinto cal[endas] Octobris eiusden abbi peste obijt.

Magister Dionysius Cottard, de republica nostra bene meritus bidellus & commentariensis generalis nostrae academiae, cum vxore etiam vitam finiuit cal[endis] Nouembris anno M.D.LXVI.

[151]

Christianus Valleret, medicinae facultatis virgarius, obijt peste in mensi Nouembris eiusdem anni.

Dominus Ioannes Cornu, pbr sacelli diui Georgij cantor, obijt sexto idus Februarij anni M.D.LXVI.

Dominus Ioannes le Iay pbr, conseruatoriae spiritualis nostrorum priuilegiorum commentariensis seu scriba, naturae tributum persoluit.

Clarissimius vir dominus Renobertus Barnard, I.V.Doctor, dominus à Choisey, facultatis legum quaestor siue receptor, in domino obdormiuit cal[endas] Aprilis post pascha millesimi quingentesimi sexagesimi septimi.

Hic svbivngenda nobis quaedam visa sunt, quae n[ost]ro tempore euenere, tum quod vel raro accident, tum si eueniant vel semper in se quid graue et introspiciendum habeant.

Admirabile et quasi incredibile nobis visum fuit quidam a pueritia caecus effectus, ita in omni scientiarum genee profecit, maxime in sacris literis, vt docentem, praedicantem, doctem & sapienter frequentissimus & celeberrimus Dolanus conuentus viderit et audierit. Cui quidem habita eius probitatis & eruditionis, tum paupertatis & necessitatis ratione ex sacro aerario n[ost]ro decem francos dari iussimus. Quod et effectus est.

Decimo cal[endas] Septemb[ris] anni restauratae salutis M.D.LXVI. sub horam tertiam pomeridianam mandato et authoritate n[ost]ra per accensum nostrum g[e]n[er]alem conuocata fuit Dolae in augustisssimum et

[152]

sanctissimum deiparae virginis templum inclytae et celebris in vniuersum academiae Dolanae, vt supplices et veritati consentaneae preces d[omi]ni Antonij Lulli, sacrae theologiae doctoris, (olim in eadem academia professoris clarissimi) iam vero vicarij generalis reuerendissimi archiepoicopi Bisuntini, exaudirentur, scilicet vt impetraret l[ite]ras publicas et authenticas, quibus constaret cum quondam per decennium summa cum laude sacrosanctas l[ectu]ras ibidem palam docuisse honorario publico et salario eius doctoribus & professoribus concede solito. Praeterea eius doctrinam esse fidelem et catholicam omnium haereseon extirpatricem et aduersariam, postremo mores synceros, famam integram, fidem puram et orthodoxam. Et vt ipse non sine magnis angoribus testabatur. Eius nomen apud sacrosanctum sedem apostolicum a caluniatore quodem varijs criminibus falso exagitatum esset. Congregatis igitur omnibus omni scientiarum et atrium antecessoribus, professoribus, doctoribus, licentiatis, magistris, baccalaureis, praeterea censoribus, distributoribus, quaestoribus, consilialijs, aduocatis, procuratoribus & caeteris magistratu vel eruditione alios antecellentibus visum fuit toti academiae amplissimam et publicam ei supplicanti dandam testationem, quod omnium assensu et applausu effectus est.

Pridie idus Martij habita atque peracta publica nostra rectorali supplicatione siue lustratione magistro Michaeli Murgier, accenso generali, claue academiae atque vsum domus

g[e]n[er]alibus dicata bidellis cum distributoribus concessimus. Inde collegiati atque ipsi distributores me inscium rogarunt, vt super cathedram professorum lumen illud conficerem, fore toti academiae gratum atque acceptum mihi omnem dantes et concedentes ptatem et authoritatam, quod à me meis sumptibus plus obsequem animo et victus eorum precibus, quam gloriae vel nominis cupiditate.
Nulla vero mihi de promotione querela motu fuit. Imo possum affirmare, si amice et honeste cum eis egerim, mecum amicissime atque honestissime egisse.

[153]

[*Am linken Rand:*] Rector salinis et ijs aliis locis ..ria vs .. rectoralibus priuilegijs nullo reclamante.

Me mouet plurimum clarissimi antecessoris querimonia. Cum possim intrepide et ingénue successoribus fateri nullam mihi motam aut suscitatam fuisse rectoralis culminis et dignitatis querelam. Licet (vt ante dictum est) diurius vrbe moho carendum fuerit. Nam et salinis, vbi tunc comitia Burgundica siue status habebantur, & senatus supremus sedes caupauerat baillinique aut praetors adessent. Tamen quatriduum insignia rectoralia bidello praeeunte gessi ibique ternum collegium coegi, quodlibet frequens et amplum nemine reclamante, imo omnibus applaudentibus in alijs vero huius comitatus oppidis et ciuitatibus etiam si rectoralia non gererem insignia, tamen me tanquam rectorem agnouerunt & debitum dignitati rectorali honorum impenderunt.

[*Am linken Rand:*] Rector qui successit d[omi]no Guyot.

Anno d[omi]ni millesimo quingentesimo sexagesimo septimo cal[endas] Maij sedecimo ego Claudius Guiot, tanquam antiquus rector, in frequenti collegio perpensa et inspecta acuta atque grauissima febri domini Philiberti Voiturier, successoris n[ost]ri meritissimi, ex eiusdem collegij decreto rursus rectoralia gerere insignia coactus fui. Eodemque die agitatu fuit coram me tanquam antiquo rectore et a toto collegio designato collegij principe causa procuratoris g[e]n[er]alis n[ost]rae vniuersitatis contra et aduersus Ioannem Clement, scholasticum collegij Hieronimiani famulum.

Denique tanquam ab antiquo rectore ex eodem collegij decreto collatio atque statutorum publicatio à me facta fuit. Quae omnia minime praetereunda putaui, vt cauti et prudentes successores intelligent, quid iuris & honoris antiquo impendendum sit rectori.

Caeterum cum ex mente et iudicio Theopompi (vt refert Polybios) is sit vere bonus historicus, qui de ijs scribat rebus, quibus ipse interfuit, extraneis relictis. Ego eum hoc in negotio imitari percupiens breui sermone quae mei rectoratus tempore me p[raese]nte euenerunt resecatis superfluis tuo iudicio commisi. Bene vale candide et amice lector.

[154]

[*Am linken Rand:*] Philibertus Bisunt[inae] diocoesis
D[ominus] Petrus Boiturus, Arbosianus, rector electus anno d[omi]ni 1567 vt constat ex annalib[us] d[octoris] Guiot rectoris fol[io] 92 et ex libro deliberationum ab an[no] 1560 f[olio] 18 et seq[uentes]

D[ominus] Adamus Valentinus Kontius, Rubeaquensis Alsata, rector an[no] 1568 constat ex Annalibus d[omini] Ganzhorn infra fol[io] 103 et ex libro deliberationum an[no] 1560 f[olio] 30.

[155]

Ioannes Gvilielmvs Ganzhorn, Ostrofranco, candido lectori.

ΕΥΠΡΑΤΤΕΙΝ

Etsi  verissime à poeta dictum sit, amice lector, tempore ac vetustate omnia tam ea quae ingeniose hominumque industria excogitate, quam quae praeclare et summa cum laude gesta sint, situ pulueribusque ceu arrosa et putrescentia perire. Sic enim ille.

J[oannes] G[uilielmus] Ganzhorn in fidem ppp

[156]

tempus edax rerum tuque inuidiosa uetustas. Omnia destruitis uitiataque dentibus aeui, paulatim lenta consumitis omnia morte.

Attamen obscurum non est illustria veterum monumenta ac res praeclare gestas ab interitu obliuonisque iniuria, si non omnino aliquo tamen modo per annales et lucubratas historias vindicari posse. Cum hae sint fideles temporum memoriaeque custodes, quae nos hominum vitas inspicere ac exempla ex alijs quod nobis vsui e[ss]e quaeat, sumere docent. Quibus quicquid venerandae antiquitatis, quicquid in manus nostras memorabilium rerum peruenit, acceptum referre debemus. Quis enim (ne sacra prophanis misceamus) Hectorem, quis Achillem, aut Vlyssem, quis Curios, Catones, Scipiones, Temistoclem, Periclem. Agseilaum et reliquos qui bene de repub[lica] meruerunt, cognoscunt: nisi eorum res praeclare gestae et heroica facta solerti singularique historiographorum et poetarum industria, literarum monumentis reconditae e[ss]ent. Quae si in hac vita desiderarentur, nihil me hercle nisi tenebrae, cimericae, caligines et temporum obscuritates extarent, non sciretur quae prior quae posterior doctrina. Omnia sursum deorsum miscerentur. Non immerito diuinus ille Homerus igitur in Odyssea sua, vbi de expugnatione Ilij logitur, dixit inter reliquas benignitates ad vitam nostrum recte ac liberaliter instituendam, nihil p[rae]clarius nihilque excellentius, deos immortales hominibus quam historiam humanarumque rerum casus et actiones concessisse. Cuius g[ene]ris scriptores semper maximis honoribus et p[rae]mijs a veteribus exceptos fuisse legimus. Hanc ob causam Athenienses proscriptum Thucididem ab exilio reuocarunt et ciuitate donarunt. Arrianus qui historiam Alexandri Magni scripsit, ab Adriano et Marco Antonino principibus honoribus consularibus decoratus est. Marcus Varro etiam viuus imaginem in bibliotheca publica positam habuit, qui honos alijs quibusque clarissimis post mortem

J[oannes] G[uilelmus] Ganzhorn in fidem

[157]

mortem demum tribus solitus erat: vt alijs ab alijs quos hic commemorare longum foret, summis honoribus affecti sunt. Quare non minus sapienter quam praeclare ab institutoribus atque huius splendidissimae vniuersitatis autoribus ordinatum e[st], vt omnes illius rectores quicquid memoriae dignum sui magistratus tempore contigisset, literis mandarent et ab obliuionis iniuria vindicarent, vt successors haberent et quod amplecterentur et quod fugerent. Quod ita diligenter et sedulo à primis huius scholae magistratibus obseruatum e[ss]e videmus, vt ne latum (quod aiunt) vnquem ab instituto discessum sit. Sed nescio profecto quo animi iudicio nonnulli pulcherrimam hanc muneris sui partem sanctissimamque antecessorum ordinationem turpiter neglexere. Quorum supinam negligentiam et proteruiam hoc anno scholae nostrae et studiosis non parum nocuisse expertus sum. Ne igitur vllam de me conquerendi posteritas occasionem haberet, qua potui diligentia et fide quaecunque aliquando vsui futura (vt permulta hoc anno contigere) per historiam et annalium modum breuiter oculis conspicienda subijcere volui. Quae vt tu, amice lector, boni consulas atque stili tenuitati ignoscas etiam atque etiam rogamus.

Narratio eorvm, qvae svb ac in ipsa quoque electione rectoris contigere.

Anno re-

G[uilelmus] Ganzhorn p. in fidem ppp

[158]

demptionis nostrae supra mille quingento sexagesimo nono rebelles in regno Franciae rursus christianissimum regem suum Carolum huius nominis nonum. Grauius quidem quam superioribus annis oppugnandum susceperunt: qui cum viribus suis non satis fiderent, ex Germania in subsidium infaustis satis auibus illustrissimum principem Guolfgangum, comitem Palatinum, ducem Bauariae, conscriptis aliquot pedium et equitum milibus auersiuerunt: is sibi clausam à rege Gallorum Lottaringiam intelligens per Alsatiam et hanc superiorem Burgundiam non sine agrorum depopulatione, arcium et monasteriorum deuastatione depraedationeque iter instituit. Quod cum amplissimo atque ornatissimo viro, omni virtute, doctrina et nobilitate praestantissimo d[omi]no Adamo Valentino Köntio, Rubeaquensi Alsatae, I.V.D. huiusque celeberrimae vniuersitatis Dolanae rectori ac praedecessori nostro longe meritissimo significatum esset, rebus suis prospicere cupiens, ilico iter in patriam suscepit ad comitiorum diem, qui iam quasi instabat, se reuersurum sperans. At exercitu diutius praeter opinionem in Alsatia haerente, cum sibi aditum interclusum videret, literis ad venerandum academiae collegium missis, ne frustra expectaretur rogauit. Cum aut omnia et in hoc celeberrimo comitatu armis perstrepentibus perturbata essent, splendissimus huius vniuersitatis senatus literarius comitia noui creandi rectoris et officiariorum ad diem sibi ex statutis praescriptum, qui scdc semper à diuo Ambrosio est instituere non potuit. Ne vero rectoralis dignitas interea spreta et contempta iaceret, Johannem Grauium, Geldrum, virum in humanioribus literis doctissimum poetamque percelebrem, substituit. Qui tanquam interrex nostrae praefuit interea scholae ab VIII Aprilis die vsque ad XXVIII eiusdem mensis, quo die indictis more solito per compita comitijs et noua

J[oannes] G[uilhelmus] Ganzhorn
in fidem ppp

[159]

[*am linken Rand:*] Rector nouo constitutus
et noua rectoris officiariorumque electione omnes in scholam conuenimus, vbi cum ego Iohannes Gvilielmvs Ganzhorn, Germanus p., Franco orientalis, Wyrceburgii metropoli totius Franconiae natus, officij causa cum quibusdam conterraneis eneis essem. Eue (testor deum) nihil tale suspicans ab omnibus electoribus cunctis suffragiis nullo penitus discrepante rector huius celeberrimae vniuersitatis eligor ac omnium studiosorum incredibili applausu proclamor ad solum rectoris nolens volens rapior, purpura rectorali inuitus induor, consternatus animo omnisque corporis viribus debilitatus, quantum possum reluctor ter aut quater vestem reijcio, meam infantiam in patriam propediem iter propositum fortunae tenuitatem ac sexcenta alia in medium profero, rogo, obsecro obtestorque. Antecessores atque electores, vt me hic excusatum habeant, digniorique alicui cuiusmodi p[rae]sentes aderant non paucj hunc magistratum committerent. At illi negare, instare, compellere friuolasque omnes excusationes dicere coeperunt. Quod cum viderem aegerrime admisi tandem, ea tamen conditione, vt primo quoque die magistratu me abdicare (si ita visum e[ss]et) liceret; promittunt, iuramentum solitum p[rae]s[ti]to gratulantur in ecclesiam maiorem concomitantibus omnibus professoribus et studiosis. Dum deducor statim nobis occurrit exercitus Burgundici pars, pacem nuncians hostemque patria excessisse conclamans, quod non sine foelici omine accidisse ratus sum. Peracto vero solenni sacrificio, more consueto domum honorifice reducor. Prata vltra pontem post prandium cum omnibus studiosis visimus, vbi saltibus, cursibus et certaminibus alijsque corporis exercitationibus peractis rursus in vrbem deducor, et ita totus electionis dies nobis fauste

I[oanne] G[uilielmus] Ganzhorn
in fidem ppp

[160]

fauste, foeliciter prospereque illuxit. Haec, candide lector, si paulo prolixius quam par erat tibi repetita videntur, materiae difficultati potius quam philologiae studio asscribas velim.

De officiariorvm electione in ijsdem comitijs habita

Vbi in eodem actu ad electionem procuratoris generalis ventum est. Eximius et egregius vir Iohannes Roussel, Burgundus (qui anno superiori p[ro]p[ter] diuturnam syndici et procuratoris generalis absentiam a venerando collegio in eius locum suffectus est) communibus omnium votis continuator.

Hunc ilico subsequutus est pietate et religione, virtute, eruditione nobilitateque praeclarissimus vir d[omi]n[u]s Claudius de Vallerot à Bussilon, iuris canonici baccalaureus, prior in sancto Romano, qui omnium vocibus sacrorum canonum procurator pronunciatus est.

Inde communi consensu ad manus procuratoris iuris ciuilis vel LL vovatus est virtute, humanitate et eruditione clarus vir d[omi]n[u]s Eimundus à Tourre.

Mox constitutus est in procuratorem artium ingenio et eruditione p[rae]clarus iuuenis d[omi]n[u]s Ludouicus Burgeot, Dolanus.

Post electionem procuratorum statim ad electionem consiliaiorum processum est, vbi facile primum obtinuit locum religione, doctrina ac morum modestia perspicuus vir d[omi]n[u]s Philibertus

I[oannes] G[uilielmus] Ganzhorn in fidem ppp

[161]

tus Broye, ordinis s[ancti] Benedicti, mensionarius, prioratus s[ancti] Stephani de Sytodo, Bisuntinae diocesis, iuris canonici baccalaureus, qui iuris canonici consiliarius designates est.

Postremo omnium applausu et congratulatione designatus est in iuris caesarei consiliarium graece et latine doctissimus sacrarum literarum studiosissimus iuuenis d[omi]n[u]s Petrus du Cheisne, Burgundus.

Denique nemine reclamante in artium consiliarium declaratus est summae modestiae et doctrinae iuuenis d[omi]n[u]s Ioannes Tirot, Dolanus,

Quibus ita sine strepitu et insolita modestia peractis, ab his omnibus et singulis fidelitatis sacramentum ex p[rae]scripto statuti exegimus. Omnia acta sunt XXVIII die Aprilis anno M D CXIX. stylo Romano.

Ad officia pvblica hoc anno instituti

Hic statim subijciendos e[ss]e putauimus, qui ad publica vniuersitatis officia hoc nostro rectoratu anno admissi sunt perpetuam vniuersitatis operam suam addicturi. Receptus igitut a nobis primum est in ianitorem vniuersitatis nostrae integerrimus vir Iacobus Quarrey, ciuis Dolanus. Cui officio (vt bidellus noster g[e]n[er]alis nobis fidem fecit) iam a biennio p[ro]p[ter] diuturnam absentiam Ioannis Fusier, Dolani, p[rae]fuerat accepto fidelitatis iuramento 28 Octob[ris] anno M D LXIX.

Hinc receptus et institutus fuit in sartorem vniueristatis nostrae morum vitaeque probitate egregious vir Girhardus Dusing, Antwerpianus, ciuis Dolanus, de academia nostra optime meritus III calend[as] Decemb[ris] anno M.D.LXIX praestito ad hoc consueto sacramento . v mox

I[oannes] G[uilhelmus] Ganzhorn in fidem ppp

[162]

mox id est pridie calend[as] Decemb[ris] eiusdem anni suffectus est modestus et probus vir Petrus Fort, ciuis Dolanus, in locum soceri sui Christiani Boitet, bidelli ac accensi iuris canonici, dum viueret, qui id officium ~~facile~~ a iuris canonici antecessoribus propter morum elegantiam et animi probitatem facile obtinuit, debito tamen inprimis nobis p[rae]stito iuramento.

Propter diuturnam Ioannis Giberti, ciuis Dolani vniuersitatisque nostrae virgarium absentiam à  nobis in eius locum substitutus et receptus est in virgarium probus vir Petrus Iusseran, Dolanus, p[rae]stito requisito sacramento XIX Februarij anno M D LXIX.

Receptus et suffectus denique à nobis fuit in locum defuncti Jacobi Matthey, Dolani, excubitoris olim vniuersitatis nostrae, praestans vir Anatholus Mareschal dictus Grosoel III calend[as] Martij anno 1570 ante pascha praestito iuramento stylo Romano.

Qvi professore hoc anno esse desierunt.

[*Am linken Rand:*] hic evocatus a rege cathol[ico] in supremum consilium.
Fvit hoc anno in ipsis vindemijs et maioribus vniuersitatis nostrae vacantijs amplissimus atque p[rae]stantissimus vir, iureconsultus clarissimus vnicunque nostrae scholae decus et lumen, d[omi]n[u]s Hieronymus Olzionanus, Patauinus, regiusque professor primarius dignissimus ab Hispaniarum rege catholico non sine et vniuersitatis et Dolani senatus ciuiumque moerore Bruxellas auocatus, vbi omnium applausu et summa cum gratulatione ilico in supremum regis consilium (quod vocant à latere) cooptatus est. Cuius incomparabilis viri stadium

I[oannes] G[uilielmus] Ganzhorn in fidem ppp

[163]

dium ac singularem in vniuersitatem nostrum amorem posteritas aliquando cognoscet,  nos protecto non semel admirati sumus.

Qvi pietatis. virtutis, laborum atque studiorum suorum hoc nostro rectoratus anno debitos honores lauream et gloriam consecuti sunt.

Absolvta prima annalium parte, hoc est quae circa magistratus, officiarios atque professores versatur iusto ordine sequitur altera, quae p[rae]mia et honores benemerentibus tribuit, in qua primas obtinet doctoralis laurea, quam honorifice hoc anno 14 calend[as] Septemb[ris] publice et in maiori ecclesia in sacrosancta theologia post multos graues labores et vigilias, tam in diuinis quam in humanis literis reuerendus atque amplissimus vir d[omi]n[u]s Iacobus d[e] Lasserto, ecclesiae s[anctae] Magdalenae apud Bisuntinos canonicus, pridie tum publice in auditorio accepta eiusdem facultatis laurea.

Non minorem laudem et gloriam in sacratissima jurisprudentia perlustratis omnibus Galliae et Italiae vniuersitatibus consecutus est optimis moribus, rara eruditione nobilitateque insignis vir d[ominus] Claudius Rougier, Burgundus, d[omi]n[u]s de Charanteneux qui d[ie] nonas Iunij anno p. M D LXIX stylo Romano I.V.D. pronunciatus est.

Paribus quoque h. est juris vtriusque decoratus insignibus eximius atque doctissimus vir d[omi]n[u]s Hugo Verneray, Burgundus, de Passofontaine, III nonas Septemb[ris] anno vt supra.

Hunc paulo secutus est doctissimus atque praestantissimus

J[oannes] G[uilhelmus] Ganzhorn in fidem ppp

[164]

tantissimus vir d[omi]n[u]s Antonius Barrilet, Ponterlianus, I.V.baccalaureus, qui coronam et in jure pontificio et caesareo adeptus est pridie Nouem[ris] anno M.D.LXIX.

Circa finem huius anni M D LXIX celebritate famae huius vniuersitatis Spira huc pertractus est vir eruditione, virtute ac prudentia clarus d[omi]n[u]s Hieronymus zum Lam, Spirensis, qui IIII idus Decemb[ris] juris caesarei doctor inauguratus est.

Eosdem honores ac juris ciuilis titulum honorifice consequutus est in eodem actu et die p[rae]stantissimus ac doctissimus vir Marcus zum Lam, Spirensis, frater eius germanus.

His duobus sese in eodem actu adiunxit ijsdemque honoribus iuris ciuilis insignitus fuit Ludouicus Culmannus, Heidelbergensis, vir in omni disciplinarum g[e]n[er]e praecipue aut iurispridentia absolutissimus, qui eo libentius nostram operam p[rae]stitimus, quod superioribus annis in periculosissimis Galliae tumultibus optime d[e] nobis meritus erat.

Postremum autem in hoc actu amplissimo locum habuit non quod alijs inferior doctina et eruditione esset, sed quod aetate cedebat, g[e]n[er]e, virtute et eruditione p[rae]clarus Franciscus Zigler, Spirensis, sanguine et necessitudine tribus superioribus iunctus, qui iuris ciuilis doctor etiam in ijsdem spectaculis pronunciatus est.

Octauo post die qui erat 17. mensis Decembris eiusdem anni M D LXX I.V.D. declaratus est vir in liberalibus artibus et disciplinis iurisque scientia doctissimus d[ominus] Stephanus Regnault, Burgundus, quem actu multi virtute, nobilitate, prudentia atque doctrina conspicui

I[oannes] G[uilhelmus] Ganzhorn in fidem ppp

[165]

cui sua p[rae]sentia decorarunt.

Denique eosdem honoris titulos in vtroque iure merito consecutus est vir in humanioribus disciplinis physicis studijs et iurisprudentia clarissimus d[ominus] Laurentius Eccius, Abstadiensis, liberalium artium magister, qui XVII Martij anno salutiferi partus (hisce titulis inaugurates fuit) eodem anno.

Cum ad iuris vtriusque doctoralem gradum (ne à p[rae]decessorum vestigijs recederem) hoc anno M.D.LXX circa kalen[as] Ianuarias promoueri cuperem, totum venerandum vniuersitatis collegium in aedes nostras conuocauj. Quo cum ventum esset, antecessores et p[rae]ceptores à reliquis secreto in conclaue abduxi, consilij mei rationem istis qua potui breuitate exponens, priuilegiorum omnibus rectoribus hac in parte concessorum admonui, qui ita humaniter mecum egerunt, vt nullus mihi conquerenj locus sit relictus, et vna eorum voce et suffragio ad vtriusque iuris gradum ilico admissus sum. Quibus peractis rursus cubiculum cum iuris professoribus ordinarijs repeto dispensationem quae à li[centiat]i~~u~~s seu baccalaureis exigitur ab amplissimis totius vniuersitatis patribus impetro. Biduo post primum examen subeo atque tandem V calend[as] Februarij anno post Christum natum M.D.LXX ego Iohannes Gvilielmvs Ganzhorn, Ostofranco p., almae huius vniuersitatis rector in frequentissimo totius vniuersitatis senatorum, baronum, nobilium et aliorum p[rae]stantissimorum atque doctissimorum virorum cetu, praeside Philipberto Paraduis, Burgundo, viro virtute, nobilitate atque omni doctrinarum

g[e]n[er]e p[rae]statissimo, vice rectore nostro longe meritissimo, iuris vtriusque (quod foelix J[oannes] G[uilielmus] Ganzhorn in fidem

[166]

lix faustumque sit) licentiatus pronunciatus et declaratus sum. Ac postridie ampliori conuentu in maiore vrbis Dolanae ecclesia doctor et pontificij et caesarej iuris inauguratus sum paranympho seu encomiaste d[omi]no Nicolao Vanchardo, viro iuris et philosophiae doctissimo, disputatore vero d[omi]no Petro Alyx, iurium doctore, multis nominibus ornatissimo.

Prolytae sev licentiate

Post doctores merito primum locum p[rae]stantissimi licentiati, quod aequales fere honores consequantur. Quo in ordine primus se nobis obtulit literarum ac iuris peritissimus d[omi]n[u]s Johannes Arnspach, Germanus, Gebwedensis Alsata, nobis olim in Gallijs fideles Achates, qui iuris vtrusque lauream honorofice consequutus est X Iunij anno M.D.LXIX.

Eodem die et actu scientia et probitate perspicuus vir d[ominus] Iacobus Cuyper, Mechliniensis Belga, iijsdem et similibus honoribus in vtroque iure insignitus est.

Quibus se coniunxit in eodem celeberrimo actu eximius et doctus vir Ioannes Bertrandi, Neovicensis Lottaringus, qui iuris ciuilis lauream tantum reportauit eodem die vt supra.

Hoc honoris insigni contentus fuit iuris doctissimus atque studiosissimus vir d[ominus] Claudius Martinus, Diuionensis, qui habita publica iuris lectione doctissima sequenti die h[aec] e[st] XI Augustj anno M.D.LXIX iuris ciuilis licentiatus pronunciatus, quem
I[oannes] G[uilielmus] Ganzhorn in fidem ppp

[167]

quem mox sequutus est eximius vir d[ominus] Philippus Colinaeus, Diuionensis, qui in vigilia natiuitatis Christi 24 Decemb[ris] anni MDLXIX iuris caesarij tantum licentiatus declaratus est.

Denique nostro rectoratus anno circa finem iuris vtriusque corona et laurea cohonestatus est p[rae]claurs et eruditus vir d[ominus] Theodoricus Gaytier, Namurcensis, XVII Martij anno M.D.LXX.

Baccalaurei

Licentiatos iusto ordine baccalaurei sequuntur, quod et ipsi virtutum et laborum suorum p[rae]mium aliquod recipient. Qui honoris titulus olim apud veteres clarissimus fuit. Sed nunc paulatim in hisce regionibus exolescere coepit, adeo vt hoc anno qui hac in intima corona contentus esset, neminem habuimus p[rae]ter Petrum du Chesne, iuris ciuilis consiliarium nostrum iuuenem pietate, doctrina morumque elegantia clarissimum, qui XXV Februarij anno MDLXX in SS theologiae baccalaureatus gradum (quod proximis viginti annis in schola nostra visum non erat) consecutus est.

Nomina eorvm, qvi in matricula vniuersitatis inscribe voluerunt.

enumeratis ijs, quibus p[rae]mia et honores suorum laborum contributi fuere. Recte nunc sequuntur qui venis velisque ad hunc scopum contendunt.

Ex illustri familia nati

Johannes, generosus comes in Ortenberg, baro in Freyenstein et Carlspach, d[omi]n[u]s in Ericurt et Lill
J[oannes] G[uilielmus] Ganzhorn in fidem ppp

[168]

Lill p., submisit se iurisdictioni nostrae nomen suum professus est VI nonas Martij anno MDLXX praestito sacramento.

Marcus a Zinzendorff, baro in Poddemdorff p, cum nusquam in annalibus nomen ipsius extaret, repetijt fidelitatis sacrmaentum IIII Maij anno 69.

Nobiles et ingenvi.

Guilielmus ab Horion, diocesios Leodiensis, die IIII Maij anno MDLXIX nomen vt ante professus est.

Iohannes Christophorus Hund Bauarus, diocesios Frisingensis, ipsis idibus Augusti anno vt s[upra].

Ferdinandus Weidner, Austriacus, VI Nouembris anno vt s[upra].
[*Am linken Rand:*] Rector an[no] 1570.

Iohannes Philippus Bockle a Bocklinsauo 22 die Nouemb[ris] anno vt supra.

Ioannes Philippus à Kippenheim eodem anno et die.

Ioannes Gaspar à Rathsamhausen eodem anno et die.

Ioannes Ludouicus à Rottenhan, Franco Orientalis, dioceseos Babenpurgensis, repetijt fidelitatis sacramentum VI Maij anno MDLXIX.

Ioannes Melchior Vogt, Rodolffzellensis, VI nonas Martij anno 1570 stilo Romano.

Christophorus Paetsch, Neapolitanus, diocesis Spirensis, nomen suum ut ante professus est V Maij anno M.D.LXIX,

Antonius Heckhelius, Foroiuliensis, artium m[a]g[iste]r, VI nonas Martij anno 70.

Franciscus Briotus d[e] Lila, Burgundus, eodem die et anno.

J[oannes] G[uilielmus] Ganzhorn in fidem ppp

[169]

Ioannes Ioachimus Vuein Zieher, Carinthus, eodem die et a[nn]o.

Claudius Bertrandus de Lila, Burgundus, eodem die et a[nn]o.

Ioannes Labret, Cisterciensis ordinis, humilis prior chari loci eiusdem ordinis, die 14 mensis Martij M.D.LXX.

Laurentius Vomelius Stapert, Phrysius, III calend[as] Decemb[ris] anno 1569 dum in Belgium abiret repetijt sacramentum fidelitatis.
[*Am rechten Rand:*] Genade ihm Gott

Ioannes Marot, Belga, nomen suum professus est mense Augusto die III. anno vt supra.

Franciscus Pauillon, Dolanus, Bisuntinae diocesios, III Maij anno vt supra.

Theodoricus Gaiffier, dioceseos Namurcensis, IIII die Maij anno vt supra.

Ioannes Mercerus, Vesuliensis, Bisuntinae diocesios, V Maij.

Ioannes Deruemitus, Vuillaffinensis, Bisuntinae diocesis, die XVI Maij anno MDLXIX.

Ioannes Nailay, Bisuntinensis, XXIII Maij eodem a[nn]o.

Ioannes Robertus, Greacensis, Bisuntinae dioces[eos] XXV Maij.

Egidius Buslidius, Bruxellensis, V die Iunij a[nn]o 69.

Iohannes à Quercu, Burgundus, Bisuntinae dioceseos, XXVI Iunij.

Iacobus Cuyper, Mechiliensis, dioceseos Mechiliniensis, VII die Iunij eodem anno vt supra.

Johannes Bertrandus, Noviensis, diocesios Lingonensis, V. die Iulij.

Claudius a Quercu, Genregensis, Bisuntinae dioces[eos], 15 Julij.

Claudius Fiardus, Burgundus, Bisuntinae diocesios, XV Julij a[nn]o M D LXIX.

Franciscus de Viller ex ducatu Burgundiae, Bisuntinae diocesios
J[oannes] G[uilielmus] Ganzhorn p. in fidem sal ppp.

[170]

diocesios XX die Junij anno vt supra.

Laurentius Eccius, Eystetensis, artium magister, eodem a[nn]o et die.

Hugo Nynoro d[e] Contegio, Bisuntinae diocesios ex comitatu Burgundie, die XI Decemb[ris] a[nn]o 1569.

Iacobus d[e] Messeiz ex ducatu Burgundiae, Bisuntinae diocesios, 21 die Iulij anno vt supra,

Iacobus Cambert ex ducatu Burgundiae, diocesios Lingonensis, 21 die Julij.

Michael Barterotus ex ducatu Burgundiae, Bisuntinae dioces[eos], 22 die Julij a[nn]o vt s[upra].

Antonius Riserus, Burgundus, Bisuntinae diocesios, VI calend[as] Augusti anno vt supra.

Claudius Martinus, Diuionensis, diocoeseos Lingonensis, XI Augusti a[nn]o vt supra.

Ioannes Delesmes, Dolanus diocoes[eos] Bisuntinensis, IIII Augusti.

Petrus Bonualotus, Venilanus, diocoes[eos] Bisuntinens[is], XX Augusti anno vt supra.

Remondus d[e] Mesmay, Bisuntinus, idus Septembris.

Anatholius Geneuetus d[e] Norijs pater et curatus d[e] Esterlanco, Bisuntinae diocoes[is] XX Septemb[ris] a[nn]o 69.

Hilarius le Gros, diocoesios Lingonensis, 23 Octobris anno vt supta.

Iacobus Dessu, natione Gallus, septimo calend[as] Nouemb[ris].

Carolus Canzhorn, Franco Orientalis, VII calend[as] Nouembris.

Michael Snellius, Detuangensis, XXIII Octob[ris] a[nn]o vt s[upra]-

Johannes Schamachsbach, Hagonensis, XXII Nouemb[ris].

Hieronimus zum Lam, Spirensis, calend[as] Decemb[ris].

Marcus zum Lam, Spirensis, frater eius, Germanus, eodem die.

Franciscus

J[oannes] G[uilielmus]
Ganzhorn in fidem ppp

[171]

Franciscus Iacobus Ziegler, Spirensis, eodem die.

Ludouicus Culmannus Heidelbergensis, eodem die.

Guilielmus Fichot, diocesios Lingonensis, XXVIII Nouemb[ris] anno vt s[upra].

Benignus Renoua, Diuionensis, 28 Nouemb[ris] eodem a[nn]o.

Anatholius Cambet d[e] Noirijs, diocoes[eos] Bisuntinensis, clericus curatus d[e] Latefonte, dioces[eos] Lingonensis, eodem tempore.

Franciscus d[e]s Granges, Niuernensis, diocoesis eiusdem, 10 Decemb[ris] anno vt supra.

Pheobertus d[e] Mensangarbe, diocoes[is] Niuernensis, eodem die.

Claudius d[e] Vuissacourt, Lottaringus, dioces[eos] Metensis, eodem die.

Geodorus Pinandel, Salonensis, 10. Decemb[ris].

Ioannes Fanclet, Leoniensis, eodem anno et die.

Guilielmus de Gulpen, dominus temporalis de Lonchamp, de Herspont p. Namuriensis, XIII Decemb[ris] anno vt supra.

Petrus du Long-Courtil, Arthesianus, XIII Decemb[ris] eodem anno.

Gerardus d[e] Blasere, Gandauensis, eiusdem diocoesios, XIII Decemb[ris] anno 69.

Melchior Wolfhart, Antwerpiensis, XV die Decemb[ris].

Adolphus Buslidius, Bruxellensis, XV Decemb[ris].

Philippus Colinaeus, Diuionensis et diocoes[is] Lingonensis, XXIIII Decemb[ris].

Iacobus Largeot, Vesulanus, Bisuntinae diocoes[is], Burgundus, XXI Januarij anno M.D.LXX stylo Romano.

Nicolaus Belin, Camplitanus, Burgundus, 21 Januarij eiusdem anno 1570.

Franciscus Banonset, Vesidanus, Burgundus, 21 Januarij anno M D LXX. Marcus

J[oannes] G[uilielmus] Ganzhorn in fidem ppp

[172]

Marcus Larderus, Bisuntinensis, XXI Ianuarij.

Christophorus Rigerius, Senonensis, XXII Januarij.

Andreas Richerius, Senonensis, eodem die.

Dionisius Jaquinot, Quinquegensis, Bisuntinae diocesios, XXVII mens[is] Januarij anno 70.

Girardus Saulmer, Carolanus seu Caerelensis, Elmensis diocoesis XIX Februarij anno vt s[upra].

Claudius Gantheronus, Vuillaffiensis, diocoesis Bisuntinae, XI Martij anno 70.

Jacobus Alix, Dolanus, Bisuntinae dioceseos, 28 mensis Martij anno vt s[upra].

Nicolaus Alierot, Dolanus, Bisuntinae diocoesios, eodem die et anno.

Sebastianus Alix, Dolanus, notarius Bisuntinae diocoesios, fuit inscriptus IIII Aprilis anno M D LXX stylo Romano.

Melchior Marstaller, Argentinensis, a[nn]o vt s[upra].

Qvi hoc nostro tempore vitam cum morte commutarunt.

Emigrauit mense Augusto die XXI anni M D LXIX ex hac misera multisque molestijs et aerunis plena vita ad foelix beatorum contubernium Polychnij quo animi causa concesserat,

vir eximius ac strenuus optimisque parentibus natus Claudius Poly, abbatiae vniuersitatisque nostrae p[rae]fectus et αρχιμανδριτας, cui triduo post abbatia exequias ac iusta in maioris vrbis Dolanae ecclesia honorifice ac splendide tota vniuersitate multisque alijs clarissimis viris p[rae]sentibus fecit ac instituit. Vltimum
J[oannes] G[uilielmus] Ganzhorn in fidem ppp

[173]

Vltimum vitae suae diem obijt optimus vir Christianus Boitet, bidellus et accensus iuris canonici, mense Decembri.

Mortuus et[iam] est II Martij die anno M.D.LXX stilo Romano clarissimus vir dominus Nicolanus [sic!] Morel, quaestor g[e]n[era]lis magnarum (vt vocant) bursarum.

Vita eo quoque anno defunctus est penultimo Martij probus vir Jacobus Matthaei, Dolanus, excubitoris in vniuersitate nostra officium exercicens.

Brevis narration, quae nostro rectoratus anno notatu digna accidere.

Absolutis ijs quae ad vniuersam reipub[licae] nostrae literatiae statum singulaque eius membra spectaew videtur, operae p[raesen]

tium esse ducimus colophonis nunc loco horum annalium breuiter ea hic inserere, quae turbulentissime hoc anno cognitione dignissima contigerem vt successories ex quibus oricellis et calamitatum fluctibus in tranquilissimum statum ac portum vniuersitatem nostrum perduximus, cognoscerent. Quorum consideration et inspection stadium, operam et diligentiam (vt arbitramur) hac in re nostrum facile oculis nostris subijciet.
In ipso itaque quasi magistratus aditu ex templo duo homicidia paulo ante electionem nostram commissa se obtulere. Res sane in hac schola antea inaudita et incognita. Quae nos ita in ipso limine turbarunt, vt diximus: vt pedem omnino retrahere animus erat, nisi ab amplissimo viro d[omi]no Iohannes de Maranches
J[oannes] G[uilielmus] Ganzhorn in fidem ppp

[174]

[*Am linken Rand:*] Duo homicidia commissa … quorum cognitionem aduocatus … tanquam assessor locumtenens in vrbe Dolana.
Maranches locum tenenti dignissimo nobisque hac in causa assessori confirmati et erecti fuissemus. Qui omnem nobis hac in parte operam et studium suum pollicebatur. Re igitur acriori iudicio deliberata et perspecta Iohannes Ronsel, vniuersitatis nostrae syndicus, post inquisitionem et diligentem examinationem testium coram nobis et p[rae]dicto d[omi]no locum tenenti assessore nostro mense Martio in personam Guilielmi Jaquart, Dolani, patrati homicidij et commissi Franciscum de Saulme, Lottaringum, Franciscum de Poictiers et Carolum Duchamp, Dolanum, scholasticos accusat, quos ilicco peremtorie citavi et coram nobis comparare iussimus. Huic nostro mandato Franciscus d[e] Poictiers et Carolus Ducamp obedientes slato die comparuere, inde actiones institutae criminales et iudicialiter processum est. [*am linken Rand:* proscriptus … ridus non compar…] Cum aut[em] comparere Franciscus d[e] Saulme recusaret, proscriptus a nobis et relegates est. Franciscus vero d[e] Poictiers

cognita eius innocentia s[enten]tia diffinitiua absoluitur. Eandem medius fidius in se[cun]do homicidio adhibuissemus diligentiam, nisi comitiorum dies qui p[…]sto erat ab instituto renocasset. Quae quidem o[mn]ia successoris optime de nobis meriti fider, industriae et diligentiae commendamus. [*Am linken Rand:* senatus ad rectorem ca[ua]ea illius cognitionem remisit] Cuius causae cognitionem cum senatus huius vrbis supremus et amplissimus sua cum coeteris p[rae]dictis ad nos remiserit. Ad perpetuam idipsum rei gestae memoriam, quia dignitatem et conseruationem priuilegiorum respicit, membranis consignari et apud acta diligenter reponi iussimus.

[*Am linken Rand:* 12 annis constitution nit… scholars et aliquos (iuris liberos)] Dum in his funestissimis motibus et turbis occupati sumus, ecce alia ex alijs nos cura fatigat. Ortum n[am] est hoc anno circa calendas Junij inter studiosos et quosdam ciuium filios et scribas, propter leuiculam aliquam causam acerrimum et in`festissimum dissidium, bellum quasi in laestinum, quod multos post habitas concursus et digladiationes ita exarsit, vt ad XIII Junij

J[oannes] G[uilielmus] Ganzhorn in fidem ppp

[175]

XIII Junij ad centum numero ex p[rae]dictis vrbis filijs scutis, gladijs omnique armorum g[e]n[er]e instructi exiguam scholasticorum manum, qui in vniuersitatem tanquam acylum confugerant, oppugnandem coepere, qui iniuria hac accepta fracti et instissimo elati dolore, nihil non in schola demoliri et effringere tentarunt. Tandem vero vt vim ui illatam perpulsarent, armati prasiliere, in medium hostium impetum innolaturi, nisi p[rae]ceptorum autoritate et praesentia furor hic sine caede et sanguine (singulari dei optimi max[imi] beneficio) repressus et sedatus fuisset. Nos itaque nulla interposita mora, quam res magnitudo et atrocitas non ferebat, comitantibus omnibus professoribus, rem vt ordine gesta erat, supremo huius vrbis senatui expasuimus, et vt in capita et authores huius tumultus et tragoediae digne anim aduerteretur, vehementer contendimus. Quibus nostris postulatis et p[re]cibus curia lubens annuit et coessit, instissimisque poenis easdem affecit.
[*am rechten Rand:*] Sedatus de .. requisitzs a rectore conponi.. contentionem pe…it illos cu.. qui fuerant aggressors.
Sedato paululum hoc tumultu grauiter coram nobis accusatur Iohannes Burgois pharmacopola nostraeque vniuersitatis bursarum iuris canonici receptor, quod stricto ense in his ipsis turbis studiosos aggessus sit. Qui acerrimam sui ipsius defensionem et propugnationem receipt omnibus tamen studiosis grauiter reclamantibus nec longe abfuit quin a Xbis ad Xbera res denuo deducta fuisset. Nos pro virili consilio ex re et tempore capto his ipsis malis remedium adhibuissemus.
Denique grauissimae orate sunt dissentiones inter scholasticos quosdam Burgundos, ita vt bis terne concursus summis inter eos facti et non leuiter pugnatum sit. Quod tamen nos re diligenter expensa et vtraque parte adhibita multorumque clarissimorum virorum interuentu amice transegimus.
Perpaucis post mensibus scripsimus perofficiose ad amplissimum atque iurisconsultissimum virum d[omi]n[u]m Hyeronimum

J[ohannes] G[uilielmus] Ganzhorn
in fidem ppp

[176]

ronimum Olzignanum, vt commodum et augmentum stipendiorum dominorum huius vniuersitatis professorum apud illustrissimum ducem Albanum promoveret et negotium hoc quantum po[ss]et vrgeret. Quod et discedens se facturum recepit et literis ad nos datis studium et operam hac in re suam pollicitus est.

Hoc anno quoque in eo curae et cogitationes nostrae euigilarunt, ne causae appellationum in conseruatoria nostra Bisuntium ad officialem denoluerentir. Qua d[e] re datis literis nostris ad reuerendum atque doctissimum virum d[omi]n[u]m Antonium Lullum, SS theologiae doctorem ac reuerendissimi archyepiscopi Bisuntini vicarium generalem, quondam scholae nostrae professorem, ne hac in parte iurisdictionem quondam sibi vindicarent aut adscriberent ab ipsis contendimus. Quibus tantum nos effecisse arbitramur, vt rei multos annos controverae ac varie agitatae finem impositum in breui speremus.
Scriptum etiam a nobis fuit Romani ad reuerendissimum archiepiscopum Bisuntinensem nostrae vniuersitatis conuersatroem, vt nostrum scholam sibi commendatans e[ss]e vellet atque conatibus ciuium Bisuntinensium, qui commode scholae nostrae infringer molirentur, quoad eius fieri po[ss]et resisteret. Hinc rescriptum ac bullam a summon pontifice abtinuimus, qua non solum p[re]ces eorum reiectae, sed etiam tentata toties eorum vniuersitas penitus abrogate est.
Eodem hoc anno p[rae]clarissimus arque doctissimus vir Tisenach (qui per decem continuos annos in regis Hispaniarum curia vixit neque à latere eius vnquam discessit) per haec inter fecit, quem comitante nos tota vniuersitate ea qua par est humanitate et obseruantia salutauimus, commoda scholae nostrae perofficiose ipsi commendantes. Quam salutationem vir ingenij gloria et eruditionis
J[ohannes] G[uiliemus] Ganzhorn F. S.

[177]

et eruditionis fama clarissimus, summi beneficij loco numerauit et omnia sua hac in parte studia et officia nobis addixit et ultro detulit.
Nulla etiam mihi hoc anno mata est rectoralis culminis et signitatis quaestio. Omnes n. senators, equites et vniuersi ciues ea qua consueuere frontis hilaritate et beneuolentia me semper prosecute et venerati sunt.
Multa adhuc alia digna memoria hoc anno accidere, quae si omnia recensenda et describenda forent, non annales sed historiam pertexeremus. Tot n. collegia a nobis hoc anno conuacata, tot causae expeditae, tot iurgia et dissentiones sopilae. vt eorum nec principium inuenire nec exitum euoluere possum.
Haec sunt quae tibi, candide lector, legenda offerimus, vtque boni consulas nostrumque hac in re conatum et industriam probes, vehementer etiam atque etiam rogamus. Vale.
ΤΕΛΟΣ Τω Μορω δόξα θέω

Joannes Guilielmus Ganzhorn F.
in fidem subscripsit

[178]

Anno 1570 D[ominus] Ferdinandus Weidner rector et constat ex libro deliberationum ab an[no] 1560 f. 36 frontae et verso et f. 37.

Anno 1571 D[octor] Stephanus Pierrard [*am linken Rand:* Bisunt[inae] dioecesis] rector et annotatum est supra in margine fol. 78 et initio huius voluminis d[octoris] Ioan[nis] Marceret, qui ipsum matricula inscripsit, dicit eum osse de  Passauant et nobilem. Eius temporis emanauit rescriptum a duce Albanensi, qui cauebatur deinceps rectoratus deferretur non scholarib[us] sed licenciatis vel doctoribus per facultat… bicos.

Anno 1572 d[ominus] Mongeotius de Boisset Dolanus, iuris ciuilis professor, rector magnificus.

Anno 1574 d[ominus] Guillelmus de Casonat [*am linken Rand.* Bisunt[inae] dioecesis] vt constat ex libro deliberationum ab an[no] 1560 f. 46, fuit medicinae professor, qui cum purpuram rectoralem deposuit, eum sibi vendicarunt DD. scholares.

Anno 1575 d[ominus] Petrus Gonzales ab Hoyos baro in Stixenstain rector vt constat ex eodem libro fol. 48 et 49, cuius annales non extant.

Anno 1576 d[ominus] Gabriel Gienger rector magnify[icus] vt constat ex eod[em] libro deliberationum fol. 50 cuius annales non extant.

Anno 1577 d[ominus] Christophorus Eckius Bopardiensis, artium doctor, rector vt constat ex eod[em] lib[ro] deliberat[ionum] fol. 52 et 54. Eius annales extant in archiuis academiae et foliis infra.

Anno 1578 d[ominus]

Anno 1579 d[ominus] Claudius Mirebaeus [*am linken Rand:* Bisuntinus] rector magnificus vt constat ex annalibus d[omini] Volphangi Conradi a Rechberg infra fol. 128, sed annales d[omini] Mirebei non extant.

[179]

Fasti rectorales magnifici domini d[omini] Christophori Eckii. Anno d[omi]ni MDLXXVII.

[180]

[*Leerseite*]

[181]

Fasti rectorales Christophori Eckii Germani Bopardiensis, anno d[omi]ni MDLXXVII

Ad amplissimos Dolanae academiae antecessores s.
Si rationes et svo quaeque res meritp non falsa imperitorum hominum opinione penderetur esset profecto eorum qui in rebus praeclari

[182]

clari gestis descrbendis et explicandis operam ponunt, honesta inprimis et praeclara condition: Inest enim in earum monumentis plerunque magna deprauatio, difficultas magna et cum in rebus omnibus tam vel maxime in iis quae ad ingenuum hominum spectant, erroris magna foecunditas. Cui malo qui mederi student, si qui eos aut parum fructuose operam ponere aut non bene atque insigniter de hominum genere mereri putat, eum certe necesse est, in maximarum earundemque toto orbe notissimarum rerum ignoratione versari. Quantularum enim rerum ignoratio, voci addita nonnunquam aut detracta litera, interiecta distinction aut alio quam decet loco posita, quasnam rebus suapte natura clarissimis tenebras offudit ? Hic ergo breuitatis causa antiquitatis memoriam non excutiam, non quaeram argumenta, nullas rationes, exempla nulla proferam, quibus (si velim) eos qui aliter sentient, manifestissimi erroris conuincere facile possim. Vestro (antecess[ori] sapientiss[imo] vestro solum ecemplo eos confutark

I volo, qui incensi ea cupiditate suae in optimo quoque insidet, operam vestram nauandi vtilitati publicae et in omnem posteritatem magna cim laude propaganda nominis nostril, cum vos in expendendis nostrae huius academiae rebus plurimum exercuissetis

[183]

exercuissetis, effecistis vt multa antea in ea deprauata, confuse, obsecura, nunc emendate, suis locis addita, distincta, ipsa denique meridian luce clariora videremus et quae iniuria temporum tota pene conciderant priuilegia, integram hodie atque incorruptam eorum fruendi rationem haberemus. Qua in re quantum et vobis et bonis omnibus atque adeo vniuersae reip[ublicae] literarae profueritis declarat, ea cuius vos fructum quotidie legitis vberem, omnium gentium in vestram laudem conspirantium summa consensio. Ea est enim de vobis omnium hominum opinion, vt cum ~~hac~~ florentissima haec orbis terrarium academia summos quis habet honores vobis detulerit, nemo sit tamen, qui non à verstrae virtutis vesttrorumque in eam meritorum magnitudine aliquid anfuturum putet. Ego vero (antecess[ores] clariss[imi]) etsi non ita potui de ea mereri, vz optam, in eo tamen magna cura semper elaboraui, ne quod illa meae diligentiae (vt nonnullorum) officium aliquando desideraret. Quare non ignatus inter eiusdem alumnus dore multos, qui rerum quae rectoratus mei tempore contigerunt, ignoratione, earum fructa pernecessario careant, necessitate eorum tris annalibus, quantum in me erit, subuenire institui, vt iis in posterum fruantur et gaudeant. Interea valete meque communis vtilitatis cupidum authoritate, vt humanitate vestra dignum est, ~~al~~ adiuuate. Mea

[184]

Mea in rectoralem dignitatem electio

De electionis in tantam dignitatem solennitate, cumulate, satis et pro sui institute ratuin copiose dixerunt, qui ante me fuere. Nunc inserendum venit, me praeter omnem expectationem in tertium ipsius academiae rectorem post professors vno omnium consensus applausuque fuisse electum et confirmatum 16 kal[endas] Maii, hoc est 16. April[is] anni restauratae salutis millesimi quingentesimi septuagesimi septimi. Quo etiam tempore aliis eiusdem academiae honoribus exornato fuere, qui sequentur.

Foelici natus ingenio, liberalibus disciplinis institutus ac vtriusque iurisprudentiae peritus Theobaldus Burgensis Dolanus, syndici munere donatus est.

Religiosus idemque pius Andreas Caneau Hieronymianus, sacri iuris pontificii procuratoris officio donates est.

Studiosus et eruditus Ioannes Claudius Mirebeus, Vesontinus, magni iuris caesarei procuratoris onere donatues est.
[*am linken Rand:* Hic fuit rector anno 1579]

Clarus ingeniosusque Petrus Vaulchardus patricius, liberalium arrium prouicia donatus est.

A quibus omnibus iuramentumstatutis praescriptum

[185]

praescriptum accepi, sicuti etiam ab eis qui se academiae huius matriculate inscribe sub me cunauerunt, anno vt s[upra]: quorum nomina et cognomina sic se habent vt sequitur:

[*am rechten Rand:*] Matriculae inscripti 1. die Maii ann[o] 1577

Henricus Vagius, Argentin[enesis] 20 die mens[is] April[is]

Ioannes Philip[pus] comes in Manderscheit et Blandzenheim comes et d[omi]n[u]s in Gerholstein 1 die Maii.

Rodolphus et Carolus Ludouicus, germani fratres, comites a Sulc, lantgrauii in Kleggen, imperialis aulae iudices haereditarii in Rottuueil, eodem die

Rodolphus comes in Helffenstein et baro in Gundelfingen, eod[em] d[ie]

Bernardus et Bernardinus germani fratres, barones in Herberstein, eod[em] d[ie]

Generosissimus Prosper a Bauma Burgundus, comes Montisriuelli eod[em] d[ie]

Georgius Vrrenius Prunnensis eod[em] d[ie]

Martinus Lymperus Treuerensis eod[dem] d[ie]

Blazius Speiz a Zauern eod[em] d[ie]

Mathias Riuius Treuerensis eod[em] d[ie]

Christmannus Braun Alsaticus eod[em] d[ie]

Ioachimus Georgius Wratislauiensis (qui postea prorector factus est) eod[em] d[ie]

Philippus et Sebastianus a Romrodt fratres, Franc[ones] orient[ales] 2. die Maii

Mathias Trippet eod[em] die 2. (Viennensis)

Henricus Stradio Bruxellensis 3 d[ie]     3. Maii

Adrianus Quarré Mechliniensis eod[em] d[ie]

Robertus van der Bergen Mechliniensis eodem die 3.

Cornelius

[186]

Matricula inscripti

Cornelius van ~~Bru~~ Burck Zierczenensis, eod[em] d[ie] 3. Maii

Iacobus de Grimbergk eod[em] d[ie]

Cristophorus Butzmannus Argent[oratenis] 8 d[ie] 8. Maii

Willelmus a Neuuech 9. d[ie] 9. Maii

Ioannes Stadlerus Augustanus, medicinae d[octor], vltimo d[ie] eiusdem mensis 31. Maii

Ioannes Burcardus a Meysembach Hessius 4 d[ie] mens[is] Iun[ii] 4. Iun[ii]

Hieronymus Witzendorff Luneburgensis eod[em] d[ie]

Gerard de Mirville 12. d[ie] 12. Iun[ii]

Ioannes Morandus Lutzlerus eod[em] d[ie]

Renatus de Semur d[omi]n[u]s de Tremon ~~eod~~ 26 d[ie] 26. Iun[ii]

Ioannes Wilhelmus a Rodenhausen Hessius eod[em] d[ie] 26

Conradus Kolb a Wartemberg eod[em] d[ie]

Ioannes Cristophorus Heruuartus Augustan[us] 29. Iun[ii] 29. Iunii

Ioannes Sturtz eod[em] d[ie]

D[ominus] de Chatenoy, sanctae sedis ap[osto]licae protonotarius, 30. Iunii diocesis Bisuntin[ae], 30. Iunii

Ioannes Claudius Mirebeus, Bisuntin[us], iur[is] ciuil[is] procurator, eod[em] d[ie] Rector an[no] 1579

Perrinus Gobotius Pesmanus, eod[em] d[ie]

Hylarius de Claue, etiam Pesmanus, eod[em] d[ie]

Petrus Vaulchardus, Dolanus, artium procurat[or], eod[em] d[ie]

Ioannes de Santans, Marnansis, diocesis Bisunt[inae] eod[em] d[ie]

Stephanus Coyterius Passeuant[ensis] eod[em] d[ie]

Baltazarus Dhrosis 9. die mens[is] Iulii 9. Iulii

Paulus Acher eod[em] d[ie]

Arnoldus van der Böe Arncherniensis, eod[em] d[ie]

Sibrandus a Hielsum Phrysius eod[em] d[ie]

[187]

Matriculae

Ioannes Thuringus Reich a Reichenstein inscripti 26. Iulii

Ioannes Iacobus a Rust eod[em] d[ie]

Theobaldus ab Eptinger eod[em] d[ie]

Petrus Gorretus eod[em] d[ie]

Wolffgangus Krantz a Geyspoltzheim vltimo d[ie] vltimo Iulii

Balthazar a Ruest eod[em] d[ie]

Ioannes Pleykhard ~~Lant~~ Landschad a Steinach eod[em] d[ie]

Nicolaus Iacobus Warmserus eod[em] d[ie]

Philippus de Hennin 1. d[ie] Augusti — 1 die Aug[usti]

Ioannes Arbreuietes eod[em] d[ie]

Wilhelmus Armstorff eod[em] d[ie]

Ioannes de Bosguiel 2. d[ie] — 2 Aug[usti]

Iacobus Rattelus Nozerenus dioc[esis] Bisunt[nae] eod[em] d[ie]

Petrus Camutius Dolanus 8. Aug[usti] — 8 Augusti

Antonius et Gregorius Streit fratres Oenipontani 10 d[ie] — 10 Aug[usti]

Ioannes Lucienberger a Luciemburg 14 d[ie] Aug[usti] — 14. Aug[usti]

Carolus ab Hornunch 15. d[ie] — 15. Aug[usti]

Hieronymus Vlponc 25 d[ie] — 25 Aug[usti]

Petrus de Landriano Pesmanus dioc[esis] Bisunt[inae] 27 Aug[usti] — 27 Aug[usti]

Simon Guignorius Bisuntinus eod[em] d[ie]

Henricus Vlnerus Marpurgensis Hessius 16 die Sept[embris] — 16 Sept[embris]

Ioannes Albertus a Falich 29 d[ie] — 29 Sept[embris]

Ioannes Simon Rosuriensis dioc[esis] Bisuntin[ae] — 30 Sept[embris]

Carolus Michael Sabaudus (I.V.L.) eod[em] d[ie]

Mathias Vlpianus Moser eod[em] d[ie]

Mauricius Guyetus Belhoncurianus eod[em] d[ie]

Petrus Bicornot dioc[esis] Cabilonensis 23 d[ie] mensis Octobris — 23 Octob[ris]

Hugo

[188]

an[no] 1677 [*richtig:* 1577]

Hugo ~~Gar~~ Colard dioc[esis] Lingon[ensis] eod[em] d[ie] — 23 Oct[obris]

Anselmus Populus Lingonensis dioc[esis] 24 Nou[embris] — 24 Nou[embris]

Germanus le Clerc Antispiodorensis eod[em] d[ie]

Petrus Bolutus Burgundes dioc[esis] Bisuntin[ae] vltima die — 30 Nou[embris]

Ludouicus Huotus Dolanus eod[em] d[ie]

Ioannes Florimondus Dolanus 3 Dec[embris] 3. Dec[embris]

Laurentius Krimmel ab Eberstal Bauarus 10. die 10. Dec[embris]

Nulli alii se sub me inscribi curarunt

Doctorvm mei rectoratus anno promotorum nomina

Christmannus Braun Alsaticus et Blasius Speiz a Zauern in publico huius academiae auditorio omnibus obseruatis solennitatibus I.V.Doctores creati et pronunciati sunt XI Maii an[no] vt s[upra] an[no] 77

Bernhardus Lauttenbach Marcoduranus I.V.D. factus est 17 Maii eod[em] an[no]

Baltazarus Dhrosis Ascanius Saxoniae eod[em] an[no] et die

Ioachimus Georgius Wratislauiensis Silesius I.V.D. creatus 10 Iunii

Paulus Acher Svvolanus, I.V. diadema adeptus est 15 Iun[ii] eod[em] an[no]

Ioannes Christophorus Herwart Augustanus 23 Iulii an[no] eod[em]

Robertus van der Berghen vtriusque censurae laurea insignitus 27 Iun[ii] an[no] eod[em]

Carolus ab Hornunch Lutzemburgensis et Ioannes de Rebreinettes Insulanus in V.I.Doctoralia insignia consecuti 12. Aug[usti]

Xtophorus Pyrr Pfirtensis I.V.D. 5 Oct[obris]

Carolus Michael Sabaudus. Licentiatus Andegauensis in doctorem promotus est 21 Oct[obris] Sacro-

[189]

Sacrosanctae theologiae doctor creates est religious vir Michael Vandangeot Franciscanus 9 Nou[embis] an[no] eod[em] 77 an[no] 77

Ioannes Demenou Willafinensis in iuris pontificii et caesarei doctorem promotus est 29 Nou[embris]

Symeon Prouencherius Lingonensis in doct[orem] medicinae 5 Dec[embris] an[no] eod[em]

Theobaldus Burgensis Dolanus. huius acad[emiae] syndicus, in ea pro suorum laborum praemio

I.V. lauream est adeptus 8 Mart[ii] an[no] d[omi]ni 1578

Ioannes Ratteau Poligoniensis in frequentissimo totius vniuersitatis coetu I.V.Licentiatus pronunciatus est 15 Maii an[ni] eiusdem [*am linken Rand:* promotus in maiori templo] ac postridie ampliori grauissimorum virorum corona assistente in aede deiparae virginis Mariae doctoralibus insigniis exornatus fuit.

Ego Christophorus Eckius, almae huius vniuersitatis rector, circa finem magistratus nempe 2 Martii an[ni] vt s[upra] in publico legum auditorio, frequentissimo praesidis, senatorum clarissimorumque virorum conuentu, iuris canonici et ciuilis licentiatus creatus sum [*am linken Rand:* in maiori templo]: die vero proxime sequenti (qui Solis erat) ampliori conuentu in d. aede deiparae virginis , omnibus obseruatis solennitatibus, doctorali diademate decoratus, praesidente d[omino] Ioanne Georgio Wratislauiensi vicerectore multis nominibus ornatissimo, paranympho d[omino] Luca Sanmauritio I.V.Doctore disertissimo, disputatore vero Francisco Brenetio etiam iurium doctore.

Licentiatvs gradu contenti fuere qui sequentur

Martinus Lymperus et Mathias Riuius, Treuerenses, an[no] 1577 prolytae in V.I. XI Maii an[no] 1577

Eo iurium gradu insignitus est Arnoldus Vander

Eckius

[190]

an[no] 1577

Van der Böe, Arnheimiensis, 15 Iunii eod[em] an[no]

Vibrandus à Hielsum, Phrysius, in vtraque diatriba licentiatus ~~deolra~~ declaratus est 13 Iulii

Lavri bacca contenti

Antonius Guiotus Mortuacensis, Hieronymianus, ad [*am rechten Rand:* an[no] 1578] doctorale diadema festinans, ea in iure pontificio contentus fuit 20 Mart[ii] an[no] vt s[upra] 1578. Quo quidem, sicut in praecedenti, nulli alii fuere hac lauri bacca cohonestati, nisi qui licentiatus et doctoratus gradum simul consequuti sunt.

Res memorabiles

Ivlii 13. die, hora post meridiem octaua, nobili ac studioso Ioanni Burcardo a Meysenbach Germano lethale vulnus circa humerum dextrum inflictum fuit idque tam occulte, vt qui tale facinus commisisset, sciri no potuerit. Sed Germani quibusdam ducti praesumptionibus, vel potius doloribus et furoribus correpti, in cuiusdam ciuis domum irruunt, in qua Franciscum Quoint Parisinum illis suspectum, latenten inueniunt, inuentum vero sine vlla vi aut laesione summae curiae tradunt. [*Am linken Rand:* Scholasticus non matriculatus non agnoscitur neque repetitur a rectore] Postridie ob Sequanorum Gallorumque studiosorum supplicem labellum, conuocatum et collegium, in quo cum feliber..tum fuisset, vtrum captuus ab academia repeti posset, eorum obtinuit sententia, qui eum nec repeti posse nec academiae priuilegiis frui debere, quod illius matriculae inscriptus non esset, putarunt. Is tandem in regiis carceribus relinquitur.
Ex vulnere interea mortuus est dictus Burcardus a Meysenbach cum omnium studiosorum, nobilium plebeiorumque luctu, cui exequiae ac iusta in maiori vrbis Dolanae ecclesia honorifice et splendide tota vniuersitate multisque aliis clarissimis viris praesentibus persoluta sunt 10 Augusti anno vt s[upra]
Perpaucis post diebus, ad ipsius defuncti parentes

[191]

parentes academiae  nomine scriptum est: Qui quidem eorumque causâ dux Casimirus ad senatum patriaeque huius gubernatorem rescripsere, vt ius super tantum facinus dicerent. Hinc factum est, vt captiuus dictis carceribus per spatium septem mensium fuerit detentus, qui postea tamen (siquidem indicia ad torturam sufficientia non extabant, vt plurimis videbatur) ab eis liberates est.

Rursus  Iulii 28 infestissimum inter Burgundos et Flandros propter leuiusculam aliquam causam dissidium in tripudio ortum est, ita vt eo quidem res perueneit, vt conuentiunculae haberentur et nocte dieque sese persequerentur. Quod ubi accepi, non iudiciario ordine, sed amice extinxi.

[*Am linken Rand:* DD. de camera praetensio reiecta. Vide fol[ios] seq[entes]]
Non possum hic silentio praeterire camerariorum in hanc academiam coniurationem, qui rescripto abreptiue, a prorege Ioanne Austriaco, impetrato, professors in publicis actibus praecedere volebant, nisi huic ambitionis incendio ipsi professores studiosique omnes occurrissent idque rationibus supremo senatui per supplices libellos exhibitis, quibus aperte ostensum fuit, tale rescriptum executioni non esse mandandum. Id quod actum est Augusti 12 die anno vt s[upra].

[*Am linken Rand:* Deputatur professor regius ad Ioannem ab Austria proregem propter negotia vniuersitatis]
Eodem mense Aug[usti] videl[icet] 19 Aug[usti] die collegium propter vniuersitatis nostrae negotia habitum est ibique praecipue resolutum, vt ad proregem quis mitteretur, qui quidem vniuersitatis caussam contra ipsos camerarios siue potius nummularios ageret. Priuilegia deinde quinus professores omnes (non certi tantum, vt male hactenus ab excubiis aliisque ciuium oneribus exempti esse debent, confirmari curaret). Stipendia vero ipsis professoribus concessa more solito esse persoluenda eorumque curam et distributionem ad eos calculators academiae nostrae infestissimos minime referendam esse demonstraret. Postremo ex veteri ipsius academiae instituto studiosos ad rectoralem

[192]

rectoralem dignitatem esse vocandos ostenderet. Ad hoc autem, antecessor piissimus, omnique discipulorum genere cumulatissimus d[ominus] Ioannes Dorotheus, canonistarum huius saeculi facile princeps [*am linken Rand:* Prior de Vaux et postmodum episcopus Nicopolitanus, vicarius g[e]n[er]alis archiepi[scopi] Bisunt[inensis], vicecancellarius

vniuersitatis Dolanae ac tandem episcopus Lozannensis], electus totiusque sacrosancti collegii consentione legatus declaratus fuit, qui paucis post diebus Flandriam concessit.

[*am linken Rand:*] Collegium moderator sumptus maximos, qui fiebant in distributione saccari in promotione graduatorum.
Eodem fere tempore satisfactum est supplici studiosorum libello, quo conquerebantur nimios atque circa saccarum inutiles esse promouentium sumtus. Itaque senatus consulto cautum fuit, ne vllum saccarum praeer illud, quod solemus appellare flores (gallice bouquetz) in posterum ministraretur idque tam ad eos sumptus diminuendos, quam ad actuum perturbationem euitandem, quae puerorum clamore ob trgemata incidere solebat.

Interea noua in vniuersitatem incidit perturbatio: Quidam Germanus (cui nomen est Ioannes a Weingardt) de nocte a Petro Burgeot et Simone du Champt, Dolanis, inuasus atque in suo hospitio ab aliis quinque studiosis nullam ob caussam obrutus, lethale vulnus cum moderamine inculpatae tutelae dicto Burgeot inflixit, ex quo statim ille e viuis excessit. Accidit hoc penultima Augusti an[no] vt s[upra]. Captus inde ab vrbano magistratu cum famulo suppetias ei ferente carceribus inclusus fuit. Alii vero duo Germani nuncupati Conradus Kolb a Wartenberg et Ioannes Sturtz ob leuem quondam suspicionem in priuatis eorum hospitiis per aliquot dies detenti sunt.
Ego dum haec gereretur Salinis eram, pro rectore tamen praesente Ioachimo Georgio Wratislauiensi I.V.D. Postridie in vrbem hanc reuersus, captuos ipsos (quod in studiosorum album ascripti essent) protinus repetendos curaui. Ideoque cöarissimum antecessorem d[ominum] Claudium Chiffletium

[193]

[*am linken Rand:* Scholares matriculate repotunti et restituentur d[omino] rectore]
Chiffletium studiosorum firmamentum ad ipsius vrbis magistratum misi, apud quem cum antiqua academiae priuilegia non esse violande diserte (vt solet) demonstrasset, ipsum magistratum non inuitum in sui sententiam traxit, ita vt captiui nostra iurisdictioni fuerint restituti 9 Octobr[is]. Cumque iurisdictionis quaestio nota fuisset, an famulus dicti Weingardt gauderet eodem priuilegio [*am linken Rand:* famuli gaudent priuilegio dominorum] quo dominus, qui vt studiosus aub minibus rectoris erat, an vero habita ratione personae non matriculatae deberet ab ipso magistrate iudicari. Nihilominus ex mea repetition mihi est restitutus eodem die quo s[upra]. Hoc adieci vt successors intelligent, iam non semel accidisse, vt famuli dominorum priuilegio vterentur idque iuxta expressum priuilegiorum huius academiae tenorem.

[*am linken Rand:* Ballinus Dolanus assessor rectoris magnifici in causa sanguiniae]
Itaque coram me et assessore meo, praetore Dolano, criminaliter et iudiciario ordine processum fuit. Auditi vero ii qui dictis aedibus inclusi errant, ab eis liberantur, sed Simon du Champt, Dolanus (indolis deploratae iuuenis) quem huiusce caedis causam dicebant, fugam ad tempus arripuit. Eo durante processu literas absolutorias sine difficultate obtinuit dictus Weingardt, quarum beneficio carceribus liberatus fuit 17 Octobris, quando tamen de soluendo eo, quod partium interesse posset, fideiussorem dominum de la Villeneufue, supremi Dolani senatus equitem. [*am linken Rand:* literae absolutoriae (de grace) a principe concessae verificantur coram d[omino] rectore] At academiae syndicus eas recusauit admittere literas, eo quod pro iis publicandis nulla rectoris, sed solum assessoris facta esset mentio. Vnde dictus Weingardt eas corrigendas remittere coactus est, quae quidem adhuc hodie expectantur.

[*am linken Rand:*] Felix negotiatio in Belgio d[omini] Dorothei deputati
In Belgio tandem apud proregem Ioannem Austriacum tantum gratia et iustis precibus ac rationibus valuit sapientissimum academiae nostrae ornamentum cl[arissi]mus Dorotheus, vt quaecunque suae legationis erant capita, feliciter peregerit, cuius legationem serenissimo principi tam fuisse gratam quam patriaegloriosa et salutaris est illius ~~institutio~~ industria, ex his

quae sequuntur videre est.
Primum ab ipso prorege obtinuit, vt mandatum camerariis concessum executioni non mandaretur, sed

[194]

sed ab ipsis rationalibus academiae rationibus et argumentis omnino reponderetur idque intra mensem. Quod quidem ingeniosos illos et semitogatos viros ita attonitos reddidit, vt quoquo se verterent quibusque oculis et auribus vterentur, nescirent.
2 literis attulit quibus senatui, deinde patriae huius gubernatori iniungitur, vt ipsos professores suis immunitatibus et priuilegiis frui faciant.
3 mandatum impetrauit, vt stipendia professoribus denita more solito ac sine mora eis persoluerentur.
Postremo princeps ille sapientissimus in studiosorum priuilegiis summi senatus Dolani consilium sequi voluit, quo factum est, vt 15 Mart[ii] anni 1578 supplici libello hoc negotium ita ab ipso senatu expediri curarint studiosi, vt iustis suis rationibus ac praetensionibus conforme consilium ab eodem senatu principem accepisse confidant.

In amplissimum professorum ordinem sub me recepti

Probatae ac summae synceritatis vitae d[ominus] Franciscus Oudier, sacrae paginae doctor, ipsius sanctae paginae professionem suscepit 7 Iunii an[no] 1577

Moralis autem philosophiae professor institutus est d[ominus] Ioannes de la Barre, atrium magister, vltima die eiusdem mensis.

Ad pvblica alia ipsius academiae officia euocati et constituti

Reuerendus d[omi]n[u]s Ludouicus des Barres, ecclesiae collegiatae b[eatae] Mariae de Dola decanus, 20 Martii ann[o] 1578 cantor sacelli diui Georgii declaratus est ac ~~suffectus~~ in locums piissimi presbyteri d[omini] Iacobi Piffond mortui a venerando collegio suffectus legitime praestito iuramento.

Disertus vir d[ominus] Dionysius Vaucherus, eiusdem ecclesiae

[195]

ecclesiae canonicus, per d[omini] Gerardi Bernardi resignationem cantoris aliud officium a dicto collegio obtinuit 3 die Nouembr[is] ann[o] 1577

Quibvs iusta persoluta sunt

[*am linken Rand:*] Jus patronatus capellae s[ancti] Georgij
Bene de academia nostra merito d[omino] Iacobo Piffond, sacelli diui Georgii quondam cantori, qui cum in eo capellaniam vnam vt vocant fundasset eique quinquaginta francorum summam annue in dotem dedisset, in eodem sepeliri voluit. Quod factum est 1. Decemb[is] anni vt s[upra] 1577.
Cuius capellaniae patronatus ius dicto collegio reliquit. Voluit tamen vt si quis ex paterna aut maternal linea presbyter ei iunctus esset, caeteris omnibus praeferretur, vt latius ex eius fundationis literis videri potest.
Idque 19 Martii ann[i] 1578 executioni mandatum fuit. Nam ex duobus competitoribus, nempe Iacobo Polyot et Claudio Voyement dictus Polyot, quod se ex fundatoris sorore nepotem propinquioremque neminem iureiurando asseruisset, capellani locum ab ipso collegio obtinuit.

[196]

Annales nobilissimi domini d[omini] Gvolfgangi Conradi a Rechberg ab Hochenrechberg, dominu in Konratshofen et Geren, anno domini MDLXXX.

[197]

Gvolfgangvs Conradvs a Rechberg ab Hochenrechberg & c. studioso lectori s[uo]

Multi statuas & corporum imagines studiose relinquunt, ne temporis diuturnitate res faelicissime ab ijs gestae iniqua obscurentur obliuione. Sic mira industria in Eigaeo Achilli tumultus erectus est, qui tamen fortiaaima eius facta ab hac non vindicasset iniuria (nam & tumulus qui corpus contegebat & nomen obruisset) nisi virtutis suae Homerum praeconem inuenisset. Nos itaque ad animorum simulacra, tanquam fideliora posteritastis testimonia respicientes, consiliorum annui magistratus nostri & rerum memorabilium effigiem ad sempiternam memoriam more praedecessorum nostrorum. Candide lector, oculis tuis abijcere elegimus: non inde nominis nostril immortalitatem sperantes, sed res in magistrate nostro gestas fifelissime referents.

Electio novi rectoris

Anno reparatae salutis millesimo quingentesimo octuagesimo die VI mensis Aprilis ex obseruata hactenus consuetudine ad electionem noui rectoris instituendam toto conuocata est academia praemisso pridie eius diei edicto per dominum Claudium Mirebeum, praedecessorem nostrum magnificum, vt tam professors quam vniueristatis nostrae consecrati ad dictam comparerent … electionem in public vniuersitatis juridico auditorio. Cui mandato cum paremdum mihi (nunquam de hoc mihi conferendo honore cogitatus) existimarem, communi consensus ego

Guolfgangus Conradus a Rechberg
ab Hochenrechberg

[198]

Gvolfgangvs Conradvs a Rechberg ab Hochenrechberg & rector sum pronunciatus. Quo audito & aetatem iuuenilem & eruditionem huic muneri imparem, mecum ipsem perpendens, timori attonitus omnium acclamationem ab rectoralem rapior sedem sicque recepto fidelitatis & obseruantiae ab omnibus iuramento ad aedem b[eatae] virginis pro foelicis magistratus nostri successu deum praecates sumus deducti.

In officiarios iidem comitiis electi svnt

Placuit autem praemittere, quid in electione procuratoris generalis acciderit, vt si forte decursus temporis simile quid pepererit, quid hac in re actum sit, successors perspiciant. In hac electione dam eruditi duo juuenes Dolanus vnus, alter extraneus, multitudine votorum certarent. Dolanus in numero alter se superatum cernens, statutum allegat Dolanum ad munus hoc euehi nequaquam posse sicque res ad rixas verger videbatur, cum vtraque pars scholasticorum suis partibus fauentium auxilio & praesidio niteretur. Vt autem controuersia haec pacofocee sopiretur, matura venerani collegij deliberation praemissa, nouam procuratoris generalis electionem die VIII Aprilis indixi, in cuius initio perbreui oratio praemissa pacem & concordiam suadens me fidelissimu statutorum conseruatorem sum pollicitus. Sicque in procuratorem generalem est electur ingenuus & eruditus d[ominus] Johannes Frometius.

Huic proximus est in ordine procurator sacrarum canonum. Hoc officiium est oblatum religioso domino Philiberto Politio.

Guolfgangus Conradus à Rechberg
ab Hochenrechberg

[199]

Hinc procuratorem juris caesarej esse omnes voluerunt virtute industriaque clarum dominum Hylarium à Claue.

Procurator artium creatus est doctrina & moribus probatissimus d[ominus] Perinus Goubotus.

His consiliarij adiecti sunt

Et quidem eruditione praestantissimus & virtute nobilis consiliarius sacrarum canonum creatus est d[omi]n[us] Franciscus Mayrottus.

Juris caesarei consiliaris proclamatus est pietate ac morum grauitate excellens d[omi]n[us] N. N.

Consiliarius artium deinde additus est Antonius Staphanus, non solum ingenio studioque clarus, sed & moribus elegantissimis praestans.

Qvi rectoratvs nostri tempore doctoratvs lavream svnt condeqvvti.

In iurisprudentia

Nobilis & eruditione ornatissimus d[omi]n[us] Henricus van Meer Boxemerensis, cum se venerando collegio praesentaret ad gradum doctoratus in vtroque jure obtinendum, remisso baccalaureatus gradu J. V. Licentiatus & doctor pronunciatus est 21 die mensis Aprilis M.D.LXXX.

Nobilis morumque grauitate perspicuous d[omi]n[us] G. de Boisset in J.V.Doctorem creatus die mensis . . . a[nn]o MDLXXX.

Scientiae praestantissimus d[omi]n[us] Franciscus Gyrard Dolanus propter insignem legume erudition V.J.licentiatus & doctor factus est die mensis a[nn]o MDLXXX.

Non solum in bonis literis sed etiam in jurisprudential doctiss[im]us

Guolfgangus Conradus a Rechberg
ab Hochenrechberg

[200]

D[omi]n[us] Joannes Fromentius, almae vniuersitatis nostrae procurator & syndicus generalis consultissimus ~~noster~~ J.V.Doctor creatus est die 6.[a] mensis Aprilis a[nn]o MDLXXX.

Nobilis d[omi]n[us] Alexander Hemmel Lothariensis à Vualdensingen indicatus est dignus qui licentiatus & doctor vtriusque juris declaretur die mensis a[nn]o MDLXXXX.

Juris scientia clarissimus d[omi]n[us] Joannes Barberotius Graiensis doctoratus in vtroque jure lauream asseuirur die 28.[a] mensis Januarij a[nn]o MCLXXXI.[o]

Omnium disciplinarum g[e]n[er]e ornatissimus d[omi]n[us] Stephanus Petit, Dolanus, in vtroque jure gradum doctoris assumpsit die 16.[a] mensis Martij a[nn]o MDLXXXI.

Admirabili eruditione d[omi]n[us] Henricus Vigoureux, Salinensis, declaratus est vtriusque juris & licentiatus & doctor die 17[a] mensis Martij a[nn]o MDLXXXI[o].

Nobilis, doctissimus atque excellentissimus d[omi]n[us] Mathias Keller, Vuezlariensis. SS-theologiae licentiatus, noster prorector magnificus, J.U.Doctor pronunciatus atque coronatus est die 3. mensis Aprilis a[nn]o MDLXXXI[o].

Inveneranda medicina

Omnium scientiarum genere spectatissimus d[omi]n[us] Arnoldus Hagerus, Agrippinas, dignus repertus est, qui in medicinae doctor creatur die mensis anno MDLXXX.

Bonis literis & medicinae deditissimus d[omi]n[us] Melchior Achacius, Spirensis, in medicina doctor omnium applause creates est die mensis a[nn]o

Licentiati create svnt

Guolfgangus Conradus à Rechberg
ab Hochenrechberg

[201]

otting

Nobilis d[omi]n[us] Joannes Jacobus Gronberg, Spirensis, vtriusque Juris licentiatus nominates die 10.a mensis Decembrus a[nn]o MDLXXX.

Venerabilis d[omi]n[us] Nicolaus Mancenantius, S. Vincentius Bisuntinen[sis] religiosus, in jure canonico licentiatus laurea assequitur die 14. mens[is] Martij a[nn]o MDLXXXI.[o]

Nobilitate & probitate ornatissimus d[omi]n[us] Robertus Spe, Kayser Werdensis, J.V.Licentiatus proclamatur die 3. Apr[ilis] a[nn]o MDLXXX.

Nomina hoc anno vniversitati dedere obedientiaeque ivramentvm praestitere
ex illvstri familie nati

Illustris & generosus d[omi]n[us] Henricus Rhodolphus d[omi]n[us] in Papenhaim, sacri Romani imperij marischalcus haereditarius die 10. Junij a[nn]o 80.

Illustris & generosus d[omi]n[us] Jacobus dominus in Hochengerolsegg & Sulz 3. die Martij a[nn]o 81.

Illustris & generosis d[omi]n[us] Joannes Jacobus de Lamberg, baro in Orteneckh & Ottenstain, d[omi]n[us] in Stockharn, die 3.[a] mensis Apr[ilis] a[nn]o 81.

Illustris & generosus d[omi]n[us] Raymundus de Lamberg, baro in Orteneckh & Ottenstain, die 3.[a] Aprilis anno 1581.

Ex eqvitvm avratorvm familia

Guolfgangus Conradus à Rechberg
ab Jochenrechberg

[202]

Nobilissimus d[omi]n[us] Georgius ab Haslang in Haslangkreut, Groshausen et Hochencamer, Bauarus, die 8. Aprilis a[nn]o 1580.

Nobilissimus atque strenuus d[omi]m[us] Guilhelmus à Wernau die 9.a mens[is] Junij a[nn]o 1580

Nobilissimus d[omi]n[us] Conradus à Wernau 9.[a] die Junij a[nn]o1580

Nobilissimus d[omi]n[us] Marcus à Neuhausen, 9.[a] die Junij a[nn]o 1580

Nobilissimus d[omi]n[us] Wildhans à Neueneckh &e 9.[a] die Junij a[nn]o 1580

Nobilissimus d[omi]n[us] Henricus ab Aldendorff, Sueuus, 3[a] die Martij a[nn]o 1581.

Nobiles et ingenvi

Nobilis d[omi]n[us] Abundus ab Edlinsteten in Heimertingen, Sueuus, 8. die Aprilis d[nn]o 1580

Nobilis d[omi]n[us] Henricus Schor ab Hasell, Bipontinus, 8 die April[is] anno 1580.

Stephanus Grebner à Neuhaus, Bauarus, die 8.[a] Aprilis a[nn]o 1580

Michael à Wellenberg, Heluetius, die 8.[a] Aprilis a[nn]o 1580

Mathias Keller, Wezlariensis, SS. theologiae licentiatus, almae nostrae vniuersitatis vicerector magnificus, die 8.ª Apr[ilis] a[nn]o 1580

Sebastianus Mangell a Gredingen, die 8.a Apr[ilis] a[nn]o 1580

Jacobus Garmiswil, Heluetius, die 8.ª Apr[ilis] a[nn]o 1580

Conradus Toldius, Tubingensis, die 8.ª Apr[ilis] a[nn]o 1580

Joannes Fromentius, Burgundus, 22ª die Aprilis a[nn]o 1580

Joannes Durandus, Burgundus, 22.ª die Aprilis a[nn]o 1580

Simon Marius, Dolanus, perpetuus commendator prioratus de Jussex, 23.ª die Aprilis a[nn]o 1580

Nicolaus Brenneysen, Rotwilanus, 23. Apr[ilis] a[nn]o 1580

M[agister] Theobaldus Ferus, Alsatius, die 9. Junij a[nn]o 1580

Claudius Dandelot, prior prioratus de Junxeuilla, 9.ª die Decemb[ris] a[nn]o 1580

Guilhelmus Franchet, Burgundus, die 15.ª Decemb[ris] a[nn]o 1580

[203]

Don. Petrus Gorre, relig[iosus] s[ancti] Morandi, die 10 Decemb[ris] a[nn]o 80

Vincentius Vannodus de Rupe Joannis, Burgundus, die 10 Dec[embris] a[nn]o 80

Guilhelmus Dorotius, Polihimnicus, Burgundus, die 15. Decemb[ris] a[nn]o 1580

Stephanus Latonius, Burgundus, die 15. Decemb[ris] a[nn]o 1580,

Rolinus Coyferus, Menestrucius, die 15 Decembris a[nn]o 1580

Guilhelmus Rosanus, Burgundus Pontarliensis, die 16.ª Decemb[ris] a[nn]o 1580

Joannes Masson, commendator de Ruffeyo, die 16.º Decemb[ris] a[nn]o 1580

Claudius Domotus, Burgundus, die 18. Decembris a[nn]o 1580

Stephanus Boynotus, Vesuntin[ensi]s diocesis, clericus, die 20.ª Decemb[ris] anno 1580

Claudius Craius, clericus Bisuntinens[is], die 20.ª Decemb[ris] a[nn]o 80

Petrus Sachaultus, clericus Bisuntinens[is], die 20.ª Decemb[ris] a[nn]o 1580.

Petrus Ponterus, Vesuntinus, die 20.ª Decemb[ris] a[nn]o 1580 [*am rechten Rand:* Rector an[no] 1582]

M[agister] Desiderius Tannotus, 1.ª  die Feb[ruarij] a[nn]o 1581

Stephanus Chaulein, Dolanus, 1.ª die Martij a[nn]o 1581

Carolus Camu, Dolanus, die 1.ª Martij a[nn]o 1581

Alexander Faber, Ensisheimensis, 3.ª die Martij a[nn]o 1581

Stephanus Picquet, Burgundus, die 6.ª Martij a[nn]o 1581

Donus Claudius Duter, Begosensis, die 6. Martij a[nn]o 1581

M[agister] Casparus Hell, Aichensis Bauarus, 3.a die Apr[ilis] a[nn]o 1581.

Carolus Alexius, Friburgensis, die 3.ª die April[is] a[nn]o 1581

Joannes Jaquardus, Burgundus, die 4.ª April[is] a[nn]o 1581

~~Sa~~ Humbertus de Boisset, Burgundus, die 4.ª Apr[ilis] a[nn]o 1581

Stephanus Duchamp, Burgundus Dolanus, die 4. Ap[rilis] a[nn]o 1581

Philibertus Picquet, Burgundus, die 4. April[is] a[nn]o 81.

Bernardus Billardus, Burgundus, die 4. April[is] a[nn]o 1581

Melchior Wilz, Luzelburgensis, die 6. April[is] a[nn]o 1581

Foelix Bredinus, Luzelburgensis, die 6. April[is] a[nn]o 1581

Philippus Tueblinus, Paemensis Burgundus, die 6. April[is] a[nn]o 1581

Claudius clericus Vesulanus, 6. die Ap[rilis] a[nn]o 1581

Claudius Antonius Belinus, Dolanus, 6. die Apr[ilis] a[nn]o 1581

Claudius Carmentraudeus, Burgundus, die 7.[a] Ap[rilis] a[nn]o 1581

Petrus Raclet, Burgundus, 7.[a] die Ap[rilis] a[nn]o 1581

Guolfgangus Conradus à Rechberg
ab Hochenrechberg

[204]

Joannes Bonanneus, Gallus, 7. Aprilis a[nn]o 1581

Maximilianus de Citey, Atrebat[iensis], die 7.[a] Apr[ilis] a[nn]o 1581

Antonius Fiardus, Burgundus, die 7.[a] Apr[ilis] a[nn]o 1581

Antonius Durandus, Burgundus, die 7.[a] April[is] a[nn]o 1581

Joannes Meenssius, Gandensis, die 8.[a] Aprilis a[nn]o 1581

Finis

E vivis excessere

Legum scientia clarissimus antiquitatis & historiae studiosissimus d[ominus] Claudius Chiffletus, Vesontinus, in vniuersitate nostra juris ciuilis professor ordinarius, die mensis anno vitam cum morte commutauit.

Ex nobilissima & generosa familia Calatina ortus d[omi]n[u]s Henricus Rhodolphus d[omi]n[u]s in Pappenheim & c[etera], sacri Romani imperij marischalcus haereditarius, natione Germanus, dum pestiferae contagionis pericula euirans mecum Besontium concedit, ibidem in fatu concessit die 14. mensis Augusti a[nn]o 1580.

Ad collegium sunt recepti

Insignis & egregious vir N. philosophiae professor ad collegium es admissus die mensis anno

Ingenuus quoque adolescens Alexander Hospes, Salinensis, in locum consiliarij juris ciuilis est substitutus collegioque assotiatus die mensis anno

Guolfgangus Conradus à Rechberg
ab Hochenrechberg

[205]

Quae nostri magistratus tempore contigere

Etsi à comitijs dignitatis nostrae nihil tam optaueramus qua totius anni tempore nostri magistratus in vniuersitatis nostrae residere gremio, nequaquam tamen ad temporum permisit variatio: pestis n. lues paulatim virus suum per vrbem spargens longiorem trahere moram aperto cum periculo coniunctum pollicebatur. Supremae itaque curiae exemplum clarissimorum antecessorum consilium sequutus Dolam linquens Bisantium secessi ibidemque quatuor mensium spatio sum commoratus pestisque sublata contagione dumdum optatum mense Nouemb[ris] maturaui reditum. Ne vero ex absentia nostra vllum vniuersitas nostra sentiret detrimentum, vices interim nostras hessit clarissimus vir Mathias Keller, SS theologie licentiatus natione Germanus, qui nostra authoritate fultus in quatuor interim doctorum separate creatione nostrum representauit personam.

Hoc eodem anno cum serenissma Maria Parmensis ducissa à catholicissimo rege Hispanarum ~~rege~~ gubernatrix Flandriae deputata, Parma veniens per has partes Flandriam versus iter faceret. Clarissimus d[ominus] Joannes Dorothaeus, canonum professor ordinarius, cum alijs quibusdam à collegio electus est qui Salinas proficisceretur ducissae aduentui gratulantes vniuersitatem hanc eidem commendarent.

Sub finem magistratus nostri cum ob obitum clarissimi d[omini] Chifletij professio juris ciuilis vacaret, à prudentissimis distributoribus, vt digno conferretur talis adhibita est vo, vt ad cam[eram] adspirantes publice eruditionis suae redderent documentum: septem itaque numero competitores existentes singuli sane premissa elaboratissima

Guolfgangus Conradus à Rechberg
ab Hochenrechberg

[506]

legis assignatie interpraetatione acerrime disputendo insigne desrtissimi inggnij edidere specimen nec tamen sub magistratu nostro cuiquam adiudicata victoria est cum vndique exquisitissima eruditio longius protraheret conferendi sententiam.

Finis

Guolfgangus Conradus à Rechberg
ab Hochenrechberg

[207]

Anno 1582 d[ominus] Petrus Pontiae, Bisuntinensis, academiae Dolanae rector vt constat ex lib[ro] deliberationum qui incipit an an[no] 1560 fol. 60.

[208]

[*Wappen*]

Joannes Jacobus de Lamberg, baro in Orteneck et Ottenstain, d[omi]nus in Stockarn p. C.S.E.P.

[209]

Joannes Iacobus de Lamberg, baro in Orteneckh et Ottenstein, d[omi]n[us] in Stokharn, ecclesiarum metropolitanae Salisburgensis et cathedralis Passaviensis canonic[us] etc., almae vniversitatis Dolanae Rector magnificus &c[etera], candido lectori

S.

Quam magnam et egregiam laudis facta ad posteros sunt transmissa, id vel ex vnius valerij maximi grauissimi & fidei dignissimi hostorici testimonio satis comprobatur & manifestum omnibus apparet, qui, vt quoru[n]dam grauiter dicta & dacta pertinaci memoria comüraehenderentur immortaliaque semper essent quaedam vt sunt ista de Manlio Torquato, Pompilio Legato, Publio Rutilio et ex multis alia magis praeclara describenda sibi proposuiit arque selegit. Curius institutum, vt laudabile ita & reipub[licae] praesertim literariae maxime necessarium, comlures viri graues secuti etiam ea, quibus ipsi minime interfuerunt, sed ita facta esse ab aliis fideliter & vere didicerunt, ne iniqua deleretur obliuione posteritati scriptis elucubrate relinquerunt. Ex quo huius scriptores summos tanquam de repub[lica] bene meritos apud o[mn]es honores quandequidem quondam nominis sui immortalitatem consequutos fuisse leguntur. Testes hac in re sunt locupletissimi Athenienses illi, qui eam ob causam proscriptum Thucididem ab exilio reuocarunt & ciuitate donarunt. Testis est historicus ille M. Varro, qui viuus adhuc imagine in bibliotheca publica positam habuit. Similiter etiam complures aliis quoque honoribus, muneribus & publicis functionibus ab impp. decorate conspiciuntur nec iniuria. Quis enim (vt ex multis pauca seligam) Romulum ? Numam Pompilium ? Augustum ? Justinianum nostrum ? Quis Hectorem ? Quis Curios Catones ? Quis denique Cnstantinum, Carolum magnum aliosque christianissimos imp[eratores] nostros amplius cognosceret ? aus posteritas ipsa ad eorum imitationem in rebus magnis & arduis peragendis ac pertractandis

Joannes Jacobus de Lamberg, brao in Orteneck & Ottenstain,
d[omi]nus in Stockaen C.S.E.P.

[210]

tractandis quomodose componere posset ? Nisi historicorum nobis hac re praesto esser vtilis semper fuisset opera. Historia enim praeterita omnia in praesentem statum omnibus uidenda & legenda repoint solaque immortalitatis custos est verissima ideopque non inepte magistra morum ac vitae speculum censeri debet. Vnde apud Romanis & alias bene Constitutas respublicas obseruatum hactenus doligenter fuit, vt res magnae à magistratibus praeclarae gestae, si non o[mn]es saltem memoriae & notatu digniores literis mandarentur & in annales conscriberentur, be hominum memoria tanquam infida rerum custode, ista facile exciderent simulque cumillis egregiis viris virtus erorum, quae in se semper vertit & immortalis est, penitus (quod impium omnino esset) interiret, Quae quiden res academiam nostrum Dolanam ,ouit ut quemadmodum ea praetorio Romanorum more annuatim magistrate renouare sapientissime consucuerit, ita suadente necessitate prudentissime voluerit & quadam lege sancuert statueritque. vt pro bono & communi vtilitate eiusdem ab ijs quibus suprema in ea moderanda concredita errant literatoriae reip[ublicae] gubernacular annales omnia magistratus sui potiora actu, paucissimis conprehendentes, conficerentur, ne virtus vel erorum, qui quondam in ea honoris triumphum & gradus cuiusque laurem obtinzerant vel horum stadium ! qui in ea praeclari quid gesserunt aut nomen suum huic dederunt seque bonis literis perdicendis tradiderunt inique pbliteraretur adsitque vnde in ea vertani milites honorum titulis insiquiti aut reöiqui o[mn]es eidem subiecti, si forte aliquam status sui vel honotis vel dignitatis consequutae quaestionem pati contigerit, testimonies aliquod certissimum in rebus dubiis haberi possit. Quamobrem pro ratione nostril muneris & officii ac vniuersitatis nostrae, quae nos sibi perpetuo deuinctum, vt lubens fateor, habet, commodo & maxime praedecessorum nostrorum virorum & nobilius & clarissimorum ac academiae nostrae antecessorum consilio motus, hos quos conspicis annales conscribere constitueramus caeperamusque.

Accipe igitur, candide lector, quae luteratam hanc nostrum concernus rempub[licam] & te,pore anni rectoratus nostril notatu digna gesta sunt eaque non vt minus quondam aut immortalitatis gloriolam consequeremur, sed vt quibus necesse aut vtile admodum esset, obsequeremur prcibus & monitis bona fide & citra omnem affectum ex temoraneo quodam motu condita esse intelligas ac ideo aequi bonique ista consulas.

Joannes Jacobus de Lamberg
J.O.E.O.

[211]

De electione novi rectoris
Anno à virginis partu millesimo quingentesimo octuagesimo primo, quinta Aprilis, dominis de collegio ac coeteris scholaribus indicta erat per nobilissimum dominum d[omi]n[um] Guolfgangun Conradum à Rechberg ab Hochenrechberg, d[omi]n[um] in Conratshofen & Geren &c[etera], praedecessorem nostrum magnificum, noui rectoratus & academiae officiariorum electio: quae tamen tum propter euidentes aliquas causas tum maxime ob quorumdam d[omi]n[orum] professorum absentiam ad octauam Aprilis reiecta est. Tum temporis ego Bisuntio, quo rebus meis ita exigentibus vna cum meis per 4[tuor] dies me contuli, Dolam rediens magistratumque modo esse ac nouum me videre posse rectorem existimaui. Quare VIII. Aprilis in aedibus vbi habitarem dum me ad factam vsque noui magistratus electionem continere constitueram per pedellum huius vniuisitatis generalem hora VI de mane mandatum a dicti magnifico rectore, vt future huíc electioni sub poena periurii ipse cum caeteris scholaribus interessem, accepi. Cuius tenorem saepius commemorate magnifivi d[omi]n[i] rectoris manu propria subscriptum hisce adijcere placet.

Nos Guolfgangus Conradus a Rechberg a Hochenrechberg &c[etera] almae vniuersitatis Dolanae rector, ne cuiquam per ignorantiam in statuta vniuersitatis nostrae delinquendi detur occasio: mandamus omnibus & singulis vniuersitati noctrae immatruculatis, ut sub periurii & in obedientiae poena in ciuitate commorentir eaque nequaquam ante electionem rectoris egrediantur, sed circiter horam septimam matutinam diei octaui April[is] in aedibus n[ost]ris compareant nosque ad vniuersitatem, ut moris est, comitentur. Datum ex museo nostro die 6.[to] April[is] a[nn]o 81.

Quibus monitis cum antea statute academiae nostrae tanquam peregrinus adhuc & nondum per quatordecim dies hic viuens ignoraueram, obtemperare meam communi omnium consensu ego Ioannes Iacobus de

Joannes Jacobus de Lamberg B. J. O.
& O. C. S. & B p.

[212]

de Lamberg, baro in Orteneckh et Ottenstein, d[omi]n[us] in Stockharn, canonicus Salisburgensis & Passauensis &c[etera], academiae Dolanae rector sum publice omnibus applaudentibus pronunciatus. Quae res adeo meum perteruit ammum maxime cum tanto tamque excellenti munere ac officio insufficientem me scirem, tum quod summam hanc multum affectasse dignitatem complures omni artium ac scientiarum genere praeclaros viros (quibus deum testor, ea non inuidissem) minime ignorarem. Vt certe maximo timore attonitus nescio quas excogitare iure potui praetendebam & aetatis juuenilis & quod nunquam in hoc genere versatus fuerim, causas, quibus tamen & similibus alijs à me allegatis non obstantibus multum renuentem me à scholasticis ad cathedram rectoralem vi quodammodo contra meam voluntatem raptum omniumque applause & consensus ad suscipiendum ha tantu munus adactum fuisse omnes quotquot adfuere, tam de collegio quam de vniuersitate viri ac juuenens testabuntur. Vnde factum est, quod praestito prius solenni & receptor postea ab omnibus nouiter electis officiariis fidelitatis & obseruantiae iuramento ipselicet vt protestatus eram

indignus. xxxxxxxxxxxxxxxxxxxxxxxxxx [*unleserliche Streichung*] consensum election praebuerim ac cum omnibus in electionem noui magistratus hic consuetis solemnitatibus omniumque, qua o[mn]es sciunt, scholarium congratulatione ad aedes beatae Mariae virgini sacras ductus & confirmatus fuerim, tandem (vti moris est) ad prata consueta vltra pontem penes xendochium sita, tempore pomeridiano horam circiter primam omnibus nostrae academiae suppositis studiosis stipatus egredior & ibidem habitis variis recreationibus domum honorifice reducer atque iucundissima clarissimorum d[omi]n[orum] antecessorum, professorum & scholarium nostrorum furor conuersatione. ita vt complura de illis omnibus in ingress statim mei magistratus pro faelici eiusdem xxxxx auspicio mihi metro polliceri ac persuadere potuerim.

In officiarios academiae nostrae iisdem comitiis d[omi]n[orum] scholarium votis electi sunt, qui seqvvntvr.

Joannes Jacobus de Lamberg D. J. O.
E. O. C. S. C. P.

[213]

Doctissimus & modestissimus vir Petrus Ligier, Vesontinus, in vniuersitatis nostrae procuratorem generalem & syndicum omnium votis fuit electus, cuius fides & integritas in sui hoc officio maxime laudabilis & commendabilis semper extitit.

Hinc reuerendus & perdoctus d[omi]n[us] Petrus Dorotheus, Polygniacus, ordinis Mertuacensium, procurator sacrarum canonum communibus scholarium vocibus eligitur.

Huic proximus in ordine est juris ciuilis deu caesarei procurator, in quem omnium electione receptus est et eruditione & morum probitate conspicuus juuenis Franciscus Mairotus, in cuius locum, cum ille Italiam studiorum ca[us]a peteret, de vernerandi collegii nostri consilio substitutus est juris cognitione praestantissimus vir Petrus Tournand, Vesuntinus, qui eius munere in collegiis ac aliis negotiis per 4 fere menses functus est.

Quibus comitiis non minus literarum peritia quam pietatis ac modestiae laude insigni juuenis Joannes Ozanna, Dolanus, procurator artium ex scholarium vnanimi consensu pronu[n]ciatur, cuius ab hinc in Italiam studiorum & linguae perdiscendae ca[us]a discessus, cum collegio innotesceret academiaeque vtilitas ac necessitas alium ei tanquam diu absenti substitui requireret, officium hoc à venerando & perpetuo obseruando collegio nostro collatum est d[omi]n[o] Stephano Maranchiano, alias artium consiliario officiario inter academiae nostrae scholares infimo ac vltimo.

Inter consiliarios, qui procuratoribus adiungi solent, primum locum sibi vendicat, est consiliarius sacrorum canonum. Quod quidem officium religioso & magna juris canonici cognitione preaedito Benedicto Droyno, ordinis Mortuacensium ex communj omnium voto contigit.

Similiter in ciuilis juris consiliarium electus est egregius ac doctus juuenis Claudius Antonius Belinus, Dolanus.

Consiliarius vero artium eadem vt in aliorum electione scholarium voce pronunciatus nobilis ac eruditus juuenis d[omi]n[us] Stephanus Maranchianus, Dolanus, qui tamen à saepe dicto vniuersitatis nostrae collegio, dum superius suum officium ob absentiam Joannis Ozannae vacarierat, precibus impetrauit, vt ei munus procuratoris artium fuerit collatum & demandatum. Ex quo vacante per hanc sibi factam collationem suo ipsius loco Joannes Syggin artium consiliarius iisdem quibus ille suum mutauit officium est receptus.

Qui rectoratus nostril

Joannes Jacobis de Lamberg B. J. A. E. O. C. S. E. P.

[214]

nostri tempore publice et solenni actu in legume auditorio vtriusq[ue] iovris licentiate et doctores sunt creati aliumque dignitatis literariae gradum assumpserunt.

I Nobiles & juris sci[enti]a praeclari tres illi viri Jehonathas Kyrchnerus, Germanus, Erdfordiensis, Joannes Morelotus, Bisuntinus, Fastrardus Lintermannius, Leodiensis, ex anchlatis multis in juris studio laboribus ac exhibitis variis suae p[rae]clarae eruditionis documentis & speciminibus vnico in actu juris vtriusque doctores creati sunt XI.[ma] Maij anno LXXXI.

II Non minori virtutum que eruditionis genere eximius vir Alexander Fabri, Enschemius, ex mature d[omi]n[orum] antecessorum judicio juris vtriusque doctoratum magna cum sui no[min]is commendatione est consecutus II[a] die mesis Junij a[nn]o LXXXI.

III Egregii & perdocti viri Simeon Giggnorius, Bisuntinus, & Joannes Annellus, Burgundus, absolute feliciter juris cursu in vtroque jure doctoratur gradum simul assumpserunt XXII. mensis Junij a[nn]o LXXXI.

IIII Omnium artium ac disciplinarum genere ornatissimus d[omi]n[us] Gotschalcus Dunwaldt, Coloniensis, o[mn]ibus applaudentibus & illi congratulantibus juris vtriusque doctor est pronunciatus XX[ma] mensis Julij a[nn]o LXXXI.

V Doctissimus & ornatissimus vir Joannes Jacquard, Burgundus, d[omi]n[orum] antecessorum calculo dignus est iudicatus, cui doctoratus laurea collata fuerit II. Septemb[ris] a[nn]o LXXXI.

VI Admirabili eruditioni & morum probitate insignis d[omi]n[us] Claudius Bouhelerius, Burgundus, academicis o[mn]ibus illi gratulantibus vtrtiusque juris doctor factus est VI[ta] mens[is] Septemb[ris] a[nn]o LXXXI.

VII Non tam juris sci[enti]a praestantissimus quam in praxi versatissimus vir Mathias Groloff, Juliacemsos, doctoratus gradum est consecutus IIII[ta] Nouemb[ris] a[nn]o LXXXI.

VIII Ornatissimus & doctissimus vir d[omi]n[us] Joannes Gousselet, Burgundus, magno omnium applause juris vtriusque doctor creatus XVIII. die Decembris a[nn]o LXXXI.

IX Clarissimus & doctissimus d[omi]n[us] Joannes Melchior Reinhard, Spirensis, de consensus collegii juridici juris vtriusque doctor publice est pronunciatus XXIII. die Jan[uarij] a[nn]o LXXXII.

X Praestantissimi atque clarissimi viri Claudius Legier, Bisuntinus, almae vniuersitatis nostrae procurator & syndicus generalis & Petrus Journand, Bisuntinus, in locum procuratoris ciuilis à nobis discedentis substitutus, simul j[uris] vtriusque declarantur doctores meritissimi XVta Martij a[nn]o LXXXII.

Joannes Jacobus de Lamberg B. J. O. E. O. C. S. E. P.

[215]

XI In omni phi[losophi]ae, artium ac juris vtriusque sci[ienti]ae genere versatissimus ac praestantissimus d[omi]n[us] magister Casparus Hell, Aichensis, Augustanae diocoesis, Gernanus, prorector ac moderator noster meritissimus, singulis & omnibus d[omi]n[is]

antecessoribus ac legume studiosis illi multum congratulantibus juris vtriusquw doctor creates ac pronunciatus XXVIII[ma] Martij a[nn]o LXXXII

XII Et juris cognitione & morum grauitate excellens d[omi]n[us] Petrus Saulget, Ponterliacus Burgundus, magna & curiae consiliariorum & aliorum applause juris vtriusque licentiatus in consueto legume auditorio XXX. Martij creatus, tandem die sequenti, qui est prima Aprilis in aede d[ivae] virginis juris vtriusque doctorate consequutus est a[nn]o LXXXII. [*am rechten Rand:* in maiori templo promotus]

Vtriusque juris Licentiatis qui sint create

I Ornatissimus & doctissimus d[omi]n[us] Gerhardus Gronenberch, Othmersensis, exhaustis debitis in juris studio laboribus superatisque consuetis disputationibus ac examinibus in utroque jure licentiatus laurea insignitur II[da] Junij a[nn]o LXXXI.[o]

II Non minus juris sci[enti]a excellens quam in eiusdem praxi versatus d[omi]n[us] Joannes Balthasar Weydenkeller, Friburgensis Brisgoiae, juris vtriusque licentiatus est creatus XX. Julij a[nn]o LXXXI.

III Virtutis & eruditionis gloria praestantissimus d[omi]n[us] Alexander Hospes, Salinensis, juris vtriusque licentiatus pronunciatus ac declaratus VIII.[auo] Nouemb[ris] a[nn]o LXXXI.

IIII Egregii & perdocti d[omi]n[i] Franciscus Cancellier & Joannes Heupt, Northusanus Thuringiae, in vtriusque juris licentiatos creantur XVIII[a] Decemb[ris] a[nn]o LXXXI.

V Ornatissimus vir Anthonius Gaillet, Montensis, vtriusque juris licentiatus publice creatus XV[ta] Februarij a[nn]o LXXXII.

Baccalaureatus laures, qui sint insigniti

Nobilis ac eximius adolescens Stephanus de Maranches, Dolanus, solenni actu tempore matutino juris vtriusque baccalaureus publice est creatus XXIIII Martij a[nn]o LXXXII.

Nomina eorum, qui matriculate huius nostae universitatis Dolanae hoc rectoratus nostri anno sunt inscripti ac fidelitatis et obedientiae juramentum praestiterunt. Et primo

Joannes Jacobus de Lamberg

[216]

Primo ex illustri familia nati

I Illustris ac generosus d[omi]n[us] Alexius Fuggerus, baro in Kyrchberg & Weyssenhorn, XIII. Apr[ilis] a[nn]o 81.

II Illustris ac generosus d[omi]n[us] Georgius Sigimundus à Lamberg, baro in Orteneckh & Ottenstein, d[omi]n[us] in Stockharn, .. frater noster anatissimus, 1[a] Junij a[nn]o 81.

III Illustris & generosus d[omi]n[us] Joannes Georgius Fuggerus, baro in Kyrchberg & Weyssenhorn, die XV[to] Junij LXXXI.

Nobiles et ingenui literarumque cognitione praestantes viri et iuvenes

I Magister Paulus Fabricius, Leodius, XV$^{ta}$ April[is] a[nn]o 81.$^{o}$

II Fastrardus Lintermannus, Leodiensis, VII$^{a}$ April[is] a[nn]o 81.$^{o}$

III Magister Jehonathas Kyrchnerus, Erdphordiensis, II$^{da}$ Maij a[nn]o 81.$^{o}$

IIII Joannes Annellus, Burgundus, 6.$^{ta}$ Maij a[nn]o 81.$^{o}$

V Gerardus Cronenberch, Othmersensis, XXV.$^{ta}$ Maij a[nn]o 81.$^{o}$

VI Joannes Nicolaus Wagenhueberus, Monacensis Bauarus, 1.$^{ma}$ Junij a[nn]o 81.$^{o}$

VII Syluester Rosset, Italus Melitensis, XV.$^{ta}$ Junij a[nn]o 81.$^{o}$

VIII Georgius Vrren, Treuirensis, suam circa sex annos factam inscriptionem repetijt XV.$^{ta}$ Junij a[nn]o 81.$^{o}$

IX Christianus Tripp Juliacensis XVto Junij a[nn]o 81.$^{o}$

X Jacobus Heller à Zellerreuth Bauarus, XV.$^{ta}$ Junij a[nn]o 81.$^{o}$

XI Abrahamus Hertelius, Sylesius, XXIX.$^{ta}$ Junij a[nn]o 81.$^{o}$

XII Jacobus Efferhardus & Alexander à Ress, fratres, Friburgensis Brisgoiae, XVI.$^{ta}$ Julij a[nn]o 81.$^{o}$

XIII Joannes Balthasar Weydenkeller, Fryburgensis, XVI.$^{ta}$ Julij a[nn]o 81.$^{o}$

XIIII Magister Christophorus Rosenhuber, Marchio Badensis, XX. Julij a[nn]o 81.$^{o}$

XV Joannes Jacobus Schmidlin, Friburgensis Brysgoiae, XIX. Julij a[nn]o 81.$^{o}$

XVI Ennius Bozemius, Phrysius, XVII.$^{ta}$ Julij a[nn]o 81.$^{o}$

XVII Sixtus ab Eminga, Phrysius, XXVII.$^{ma}$ Julij a[nn]o 81.$^{o}$

XVIII Minno ab Eminga, Phrysius, XXVII.$^{ma}$ Julij a[nn]o 81.$^{o}$

XIX Hesselus ab Hermana, Phrysius, XXVII.$^{ma}$ Julij a[nn]o 81.$^{o}$

XX Hugo Faber, praesbiter, VI.$^{ta}$ Augusti a[nn]o 81.$^{o}$

XXI Hartardus à Loder, Theouillanus, VIII.$^{ua}$ Augusti a[nn]o 81.$^{o}$

Joannes Jacobus de Lamberg B. p.

[217]

Guolfgangus à Than, diocoesis Fuldensis. X.$^{ma}$ Aug[usti] a[nn]o 81$^{o}$.

Petrus Linetus, Burgundus à monte Florido XVI Aug[usti] 81.

Ferdinandus de Rye, prior prioratus S[ancti] Marcelli, Bisuntinensis diocoesis, V.$^{ta}$ Sept[embris] a[nno] 81, postmodum archie[piscop]us Bisunt[inensis]

Amandus Rudenscheid XII Septemb[ris] a[nn]o LXXXI.

Ludouicus Kessering, Colmariensis, XXII Sept[embris] a[nn]o 81.

Joannes Melchior Reinhard, Spirensis, XIII. Octob[ris] a[nn]o 81.

Mathias Kagerus, Augustanus, XIII Octob[ris] a[nn]o 81.

Mathias Groloff, Juliacus, XII Octob[ris] a[nn]o 81.

Marsilius Bergner, Stauffianus Vangio XXIII Octob[ris] a[nn]o 81.

Joannes Springezaum, Germanus Bauarus, Germanorum nobelium scholarium Dolam proficiscentium nuntius & ductor XI. Nou[embris] a[nn]o 81.

Magister Nicolaus Reichardus, Norlingensis, XII. Nou[embris] a[nn]o 81.

Joannes Vrbanus à Closen, nobilis Bauarus, XII. Nou[embris] a[nn]o 81.

Joannes Christophorus ab Engelshouen, nobilis Sueuus, Nou[embris] XII a[nn]o 81.

Carolus Ferdinandus à Rechberg ab Hochenrechberg, nobilis Sueuus, XII. Nou[embris] a[nn]o 81.

Henricus ab Haslang in Haslangkreuth, Grosshausen & Hochencammer, nobilis Bauarus, XII. Nou[embris] a[nn]o LXXXI.

Emeranus Adamus Notthafft à Wernberg in Wackerstein & Etlingen, nobilis Bauarus, XII Nou[embris] a[nno] LXXXI.

M[agister] Georgius Jobst Gredingensis Noricus, XII. Nou[embris] a[nn]o 81.

Joannes Kunasch Pessickh à Komerau, nobilis Boëmus XII. Nou[embris] a[nn]o LXXXI.

Georgius Dauid Lerchenfelder in Premberg, nobilis Bauarus X. Nou[embris] a[nn]o 81.

Magister Joannes Gabler, Noricus, XII. Nou[embris] a[nn]o 81.

Franciscus Cancellarius, Remilliensis, 11$^{da}$ Decemb[ris] a[nn]o 81.

Alexander Hunderphund, Monacens[is] Bauarus. XXIIda Dec[embris] a[nn]o 81.

Antonius Gaillet, Montensis, XXX Jan[uarij] LXXXII.

Nicolaus Duchamps, Dolanus, XXX Jan[uarij] a[nn]o 82.

Claudius Brullon XXX. Jan[uarij] a[nn]o 82.

Anatholius Carmignerus, Ornacensis, XXVII. Martij a[nn]o 82.

Simon Bourgoing, III. April[is] a[nn]o 82.

Claudius Donceot, III. April[is] a[nn]o 82.

Petrus Manquier, III. April[il] a[nn]o 82.

Guilhelmus Gaius, III. Aprilis anno LXXXII.

Claudius Gousset, IIII. Aprilis anno 82.

Don Petrus Gorre, relig[iosus] S[ancti] Morandi, C. Apr[ilis] a[nn]o 82.

Anton
Joannes Jacobus de Lamberg

[218]

Antonius Columbinus Francofortensis, IIII Apr[ilis] anno LXXXII.

Petrus Odillus, Vuilaffinus IIII Apr[ilis] anno LXXXII.

Petrus Ligier, Bisuntinus, V. Aprilis a[nn]o LXXXII.

E vivis qui excessere

Nobilitate ac eruditione praeclarus juuenis Joannes Billion, Normannus (Buonamy alias vulgo appellatus), ex ictu catapultae vul vn mosquet in pede sibi casu & non ex proposito per Perinum Goubot, Dolanum, scholarem nostrum 16. Aprilis a[nn]o LXXXI illato, penultima subsequentis Maij, eo quod febris vehemens hoc suum in pedem vulnus consequebatur, pie admodum et excusans de dolo laesorem suum in Christo mortuus ac in templo d[iuae] virginis Mariae sacro pompa hic consueta sepultus est. Cuius a[n]i[m]a viuat Christo.

Nobilis itidem ac egregious juuenis Philippus Roisset, Dolanus, cum per aliquot dies in aedibus hoc paternis lecto affixus ac aegritudine maxima detentuserat, tandem in Septembri a[nn]o 81 fatis concessit: quem et ad sepulture in aede d[iuae] virginis, matris nostrae, comitata est academia, cuius deus meminerit in resurrection justorum.

Tertius nomine Desyderius Tannenot ex academiae nostrae suppositis, qui die 13. Decemb[ris] mortem cum vita commutauit, non minus commiserationis quam doloris vniuersitati nostrae ob casum, qui sibi contigit lamentabilem, attulit. Is enim cum Dola Bisantium negociorum suorum concederet, ecce noctu in platea ibidem tumultu excitato ab aliquot alio, cum quo acrites pugnarant, gladio confossus ac interfectus fuit ibique magno suorum fletu sepultus. Da curiis obita non solum multum doluimus, sed etiam quantum in nobis fuit, vna cum collegio n[ost]ro tam ad legatum regis Hispaniarum in Praha Boemiae apud Rom[anum] imperatorem commorantem, quam ad gubernatores seu senatum Visuntinensem de justi[ti]a et vltionem (prout mores) mortis defuncti scripsimus, qui singuli honorifice & amanter praesertim praedictus d[momi]n[us] legatus suam ea in rem polliventes, literis nostris responderunt.

Professores et alii ad officia academiae nostrae publica qui sint recepti

Cum super juris ciuilis professionem, quae ob obitum clariss[imi] & consultissimi d[omi]n[i] Chiffletij vacauit, alicui conferenda a numero 7 clariss[imis] & doctissimis viris

J.V.D[octoribus] ex consilio prudentissimorum distributorum satis superque per aliquot dies doctisssime & acerrime disputantum fuisset, tamdem difficile & egregium illud l[ectiones] interpretandi cuiules munus ex mature dictorum d[omi]n[orum] distributoorum consilio & magnae eruditionis & summi ingenij iudicij

Joannes Jacobus de Lamberg

[219]

viro d[omi]n[o] Guilhelmo Morando J.V.Doctori omnibus illi congratulantibus 16. men[sis] Aprilis obtigit, cuius solenne habuit initium XXVI eiudem legemque primam ff. solute matrimonio doctissime explicare caepit.

Vacante itidem criminalium lectione, quam habuit clariss[imus] & doctiss[imus] vir Petrus Pastet J.V.D., in eius locum surrogatus & à prudentissimis d[omi]n[is] distributoribus longe habita deliberatione 19. Nou[embris] anno LXXXI deputatus fuit Theobaldus Burgeois, magni ingenij & eruditionis vir, & sequenti die à venerando collegio receptus, tandem 2 Decemb[ris] mensis subsequentis solemnem & primam suam in criminalibus tota academia, vna nobiscum praesente & audiente lectionem disertissimam habuit.

Similiter cum institutionum juris professio, qua consultissimus vir Claudius Nandoilletus, J.V.D. perfungebatur, vacasset, eo de supradictorum d[omi]n[orum] distributorum consilio collata fuit praestantissimo & discretissimo d[omi]n[o] Joanni Colardo, d[omi]n[o] de Champuans, J.V.D., 18. Feb[ruarij] anni dr., qui solemnem suarum lectionum principium academicis omnibus illi multum gratulantibus bene admodum peregit sicque actum habuit solemnissimum 26. dicti mensis Feb[ruarij].

Iisdem 18. Februarij habitis academicis comitijs clariss[imus] & literatissimus vir Franciscus Gerardus, J.V.D., in locum supradicti d[omi]n[i] Colardi academiae aduocatus primarius à venerando eiusdem collegio omnium votis acceptus est.

Bartholomaeus Canout, Dolanus, die 20. mensis Decemb[ris] a[nn]o 1581 ab eodem nostro venerando collegio fuit equestris nuntius in sui parentis locum receptus.#

Receptor vero paruorum excessuum ipsa diui Thomae die XXI Decemb[ris] a[nn]o LXXXI ub cikkegio nostro omnium votis factus & deputatus est.

Memorabilia, quae hoc nostro rectoratus tempore gesta sunt

Quod primo omnium in ingressu statim nostri magistratus academiae professoribus feliciter contigit, hoc primum quoque in annalibus hisce nostris merito obtinere debet locum. Imperatum itaque flagitionibus tribus prouinciae ordinibus, per illustrissimos legatos, Joachimum de Rye comendarium perpetuum monasterij d[iui] Claudij, Philibertum de Monmartin & Adrianum Perotium, ordinarium institutionum juris hic professorem, ab illustrissimo principe Parmensi requid aliquid de exceptionibus munerum. Quo quidem venerando collegio nostro VI. April[is] a[nn]o LXXXI per nos proposito, à nostris tunc assessoribus crebrioribus votis in eam sententiam itum est, vt quatuor deligerentur ccum procuratore generali professores, qui praedictis clarissimis viris d[omi]n[i]s legatis publice academiae nomine suscepti & foeliciter confecti negotij ca[us]a gratias agerent immortales:

simulque academiae o[mn]iumque nostrorum illis offerent studia & seruitia.

Joannes Jacobus de Lamberg

[220]

Ad hoc autem (vt expeditius fieret) delecti sunt clarissimi & disertissimi viri d[omi]n[i] de Vaux, Graius, Gollusius & Garnerius, qui isto expedito o[mn]es vna cum d[omi]no de Boisset & d[omi]n[o] Morando id efficere ac procurare deberent, vt hoc rescriptum, licet complures maxime scabini & coeteri de huius vrbis consilio multum restiterint executioni demum daretur.

[*am linken Rand*: … de criminalibus ..dijs coram rectorem]
De honorarijs vero huius academiae seu dote ipsius d[omi]n[is] professoribus persoluenda ijsdem comitijs quoque sunt visae et ab excellentia principis Parmensis 8. Martij a[nn]o 81 datae literae , quibus receptori generali numerationem honotariorum sub tali praescribitur forma, vt eorum solution in futuros annos continuetur, quae res grata quidem d[omi]n[is] professoribus fuerat. Sed ita tamen, vt ea certe deum de restantibus mentio nulla fuerit facta nihilque penitus de tota agatur de merito contenti e[ss]e non potuerunt nec adhuc possint.

Sicuti in omni hominum communitate & vniuersitate praeclara & laude & commendation digna saepe eueniunt, ita et fieri non p[ossi]t, quin in eadem societatem mala aliquando & talia quae remp[ublicam] nonsque o[mn]es turban quaeque prouideri singular nequeunt, euenoant. Quod et in n[ost]rah ac contigisse literaria societate nequandum non est. Die Veneris enim 2da Junij a[nn]o LXXXI in collegio nostro rite conuocato à syndic n[ost]ro ex huius legitime & diligente habitis inquisitionibus & factis informationibus non sine magno animi dolore percepimus Perrinum Goubot scholarem ictu catapultae non dolose sed tamen grauiter nobilis Normanni Joannis Billion (quem vulgo Buonamy appellamus) in suis aedibus, quibus ille cum eo habitabat, crura pedis circa partem infima XVI Aprilis a[nn]o 81 fregisse, ad huius casum febri quadam & vehementi laesu laborare quoque coepisse, penultima quoque Maij admodum ex hac vita multorum cum gemitibus migrassem cuius rei inter reliquae etiam id certissimum esse poterat arbumentum, quod praeterquam se laedentem de voluntario catapultae ictu ipse excusârat, illi quoque tanquam suo optimo conuictori & amico legata aliqua de suis bonis praestanda iamiam moriens fecerit & reliquerit. Super quo negotio cum id nostril muneri ro rure postulârat ad instatiam procuratoris generalis decretum nostrum asscripsimus ac diem citations praescripsimus, ipsum Goubot ad comparendum. Verum in tali graui sanguinis casu assorem baillinum aut eius locumtenentem habere, cum sit necesse per saepe dictum procuratorem eundem vocari curauimus. Qui tamen excusaiones tales hoc nempe in negocio rectore indicem competentem non esse, verum eius cognition vel ad se vel ad supremama pertinere curiam praetendens, ad nos eam ob causam venire prima vice recusauit. Quibus ad amplissimum consilij nostril senatum per me delatis, in tandem communicatento censuit magnificum rectorem de quolibet-modo à scholaribus vel inter eos

Joannes Jacobus de Lamberg

[221]

[*am rechten Rand*: Literae gratiae a scholar homicide obtentae coram d[ominum] rectorem verificandae, Vide supra fol. 12]

eos perpetrato crimine indagare & cognoscere posse. Ideoque constituit ad supra dictum locutenentem, vt eum ab inepta sui sen[ten]tia diuerterent, dimittendos quosdam legatos clarissimos & consultissimo viros ac professors d[omi]n[os] Dorothaeum, priorem de Vaulx, Collusium, Gar~~b~~nerium & Claudium Ligier, procuratorem generalem, qui certe optime legatione sua functi, nobis retulerunt eum sequenti die magnificum rectorem coneunturun, quod et factum est nobiscunque in aedibus nostris in iudicio hoc causae ciminalis poenam sanguinus respicientis fuit. Verum legitime citatus & vocatus supranominatus reus nunquam comaruit. Sed in Flandiam pro impetranda gr[ati]a se contulit eamque statim obtinuit. At hoc silentio non est p[rae]tereundum approbationem suae gratiae, quam obtinuit esse factam coram supprema curia Dolana, in quo maxime peccatum esse videtur. Praesertim cum huiusmodi in casibus talis approbation ad magnificum rectorem ~~ad~~ proprie spectare debeat. Quod tamen scribarum & secretariorum ibidem neglegentiae non puto tamen ignorantiae asscribendum est. Maxime dum d[omi]n[o] Marceret, professori & college juridico apud Belgas nunc temporis quibusdam negotijs & grauibus detento, meliorism cautelae scriptum est, vt obnixe curare approbationem huius gratiae, si ille principis opus habere remissione eamque obtineret coram magni[fi]co rectore per conscriptum regium fieri.

Penultimo mensis Julij a[nn]o LXXXI in nostro senatu post sacrum celebratum in d[iui] Hieronymi templo propositum est à d[omi]n[o] Dorotheo, priore de Veaulx, quod diuo Georgio sacram aedem desolatam & quotidie ruinam minantem (in qua ius esset academiae), Fratres societatis s[anctae] crucis (erectae hic Dolae) restaurare reficereque cogitarent. Quibus certe cum praedicti fratres id praeimpensarum onere siue omissione aliorum piorum operum soli praestare nequeant, vt academia quoque opem illis ferre~~nt~~ & quid sumptuum contribueret & pium & vtile ac necessarium omnino sit. Quare o[mn]i[u]m suffragijs in nostro senatu decretum est, vt 300 aut ad minus 250 nummi Francici indictae pietatis exercitium officiumque publico academiae nomine impenderetur, quorum exactio à d[omi]n[is] distributoribus impetrari eoque nomine ab illis mandatum exigi debeat, quo quaestori praeciperetur, vt si vsquam posterae vllae essent otiosae (persolutis nimirum honorarijs conuetisque oneribus ordinarijs) pecuniae ea summa 300 nummorum Francicorum d[omi]n[o] Claudio Mario, eius societatis s[anctae] crucis operum praefecto, aut alteri fratribus delegato aut delegando numeraretur. Quod vt impetratretur à praedictis d[omi]n[is] distributoribus in consessu hoc nostro commissi sunt clariss[imi] viri d[omi]n[i] Mongeotius & d[omi]n[us] Dorotheus, ambo juris professores regij. Ne tamen iushoc quale esse possit quodque academiae ab eius incunabulis (vt ita loquor) quaesitum fuit sine contentionem

Joannes Jacobus de Lamberg

[222]

contentionem in ea d[iuo] Georgio sacra eade conseruetur, similiter constitutum est, vt vum praedictis confratribus s[anctae] crucis declarations scriptis conprehensae inirentur simulque in scamnis alijsque templi locis academiae insignia stemmataque ponerentur. Quantum ad nos hoc opus pium ad pe[ti]tionem quorundam de hac societate confratrum pro patrimpmok nostri viribus tanquam peregrine & discessu deposita statim rectorali dignitate cogitantes ipse et fouimus ac contribuimus.

Sexta mensis Septembris die nos cum d[omi]n[o] fratre meo seniore & famulo n[ost]ro Vesontionem cum propter aeris mutatioenm & valtudinis, qua tempore rectoratus n[ost]ri semper fere aduersa vtebamur, ratione tum p[rop]ter alias quoque causas euidentes maxime dum professores à lectionibus faciendis ex academiae statutis fuerint liberi, concessimus. Interea tamen, ne academia me tum temporis absente detrimenti aut incommodi q[uo]d accipere posset, indicto prius collegio, cui futurae per mensem absentiae meae rationes exposui, hic illis reliqui clariss[imum] & doctiss[imum] d[omi]n[um] magistrum Casparum Hell, Germanum, moderatorem nostrum ac prorectorem meritissimum, qui meam & in doctorum creationibus & coeteris in solemnibus ac publicis actibus rep[rae]sentauit personam illisque egregie admodum praefuit. Rediens autem nona Octobris subsequentis Dolam, à compluribus vniuersitatis scholaribus, qui in Roschenfordt vsque obuiam nobis solemniter processerunt, salutatus ac nomine academiae à supradicto nostro prorectore oratione diserta exceptus, denique ab omnibus vsque ad aedes habitationis nostrae honorifice & apparate comitatus fui. Quae res certe, vt mihi fuit pergrata, ita etiam animum meum studiosis alias nostris semper paratissimum in maioribus illis gratificandi reddidit magis incensum.

Etsi ipsi doctoratus gradum vel alibi vel in hac nostra academia nunquam suscipere voluerimus & constituerimus, tamen circa finem nostril rectoratus d[ominum] moderaturem & prorectorem nostrum Casparum Hell, postquam cum eo ratione baccalaureatus dispensatum fuit, D[omi]n[is] jurium professoribus & actecessoribus obtulimus illique vt nostra quae in promotione doctorali habere possimus, concedantur priuilegia petijmus. Quod quidem licet dicti d[omi]n[i] professors sibi cogitandum sibi suscipere vellent, tamen statim ita in hoc negocio nobiscum egerunt, Vt re hac inter nos amicabiliter & sine vlla controuersia transacta & petitioni nostrae erat satisfactum & nos quoque ac dictus d[omi]n[us] Moderator noster sicuti & illi contentissimi fuerimus.

Quot fuerint praeterea inter scholares nostros riscae, quot ratione excessus & pugnae accusati, quot conuentiacula hoc toto anno habita seu collegia à nobis conuocata ? Quae deinde fuerat controuersia & pugna inter d[omi]n[um] fratrem meum germanum d[omi]n[um] Raymundum à Lamberg & filium d[omi]n[i] praesidis huius supremae Dolanae

Joannes Jacobus de Lamberg

[223]

Dolanae curiae, quibusque medijs ea demum sopita erat. Quoties denique scholatium licet paucorum (quorum nomina reticeo) in me malum& verbo & facto ipse cognouerim animum. Ista dico o[mn]ia enumerare & longum nimis & extra propositum nostrum esset. Hoc solum silentio praeterire non debuimus, hanc dignitatem rectoralem quam certe inuiti & illubenter gessimus, licet plus oneris quam honoris pluraque inimicitiae quam amicitiae & beneuolentiae apud maleuolos quosdam, non dicam impios viros & homines pepererit, tamen à nobis neganolum non est, tanto è contra honorem, tanta beneuolentia ac humanitate à clarissimo omnium professorum ordine, ciuibus omnibus alijsque generosis, nobilibus, egregijs ac doctis viris & scholaribus nos acceptos, tractatos ac habitos fuisse tantumque apud plerosque expertos esse fide.. obedientiam & animi synceritatem, vt quod plus quam fortem decebat nostrum magistratum reueriti sint, obseruarint, coluerintque, fateri necesse sit. Quare & amplissimo professorum ordine ac senatui nostro academic, maxime vero d[omi]n[o]

Dorothaeo de Vaulx & amico nostro singulari & prae caeteris intimo (cuius fidem & synceritatem ex multis argumentis perspectam habuimus) & reliquis d[omi]n[is] officiarijs ac scholaribus nostris, quibus deiuncti maxime sumus, in omnibus, si se occasion tulerit, gratificandi & obsequendi paratissimo promptissimosque nos forem, sancta pollicemur ac hisce omnibus & singulis valedicentes & eos d[omi]no deo commendates Spondemus.

Finis

Joannes Jacobus de Lamberg

Anno 1582 d[ominus] Petrus Poutier, Bisuntinensis, academiae Dolanae rector magnificus vt constat ex libro deliberationum qui incipit ab anno 1560 fol. 60.

Anno 1583 d[ominus] Hubertus Sauget, Pontarliensis, acadeiae Dolanae rector magnificus vt constat ex eod[em] libro fol. 64.

Anno 1584

Anno 1585 d[ominus] Conradus a Rechberg rector vt constat ex annalib[us] an[no]1586 infra f. 146.

Anno 1586 d[ominus] Joannes Federicus a Petra rector vt constat ex ijsem annalibus fol. 145 et 146.

[224]

Conradus a Rechberg rector an[no] 1585 vt constat ex annalib[us] d[omini] Claud[ii] Jauel fol 2 f. Alius ab eo de qui supra fol. 128 qui fuerat rector an[no] 1580.

[225]

Annales sive narratio quaedam brevis eorum, quae in academia Dolana contigerunt a die decima quinta Aprilis 1586 usque ad deimam diem eiusdem mensis 1587, quo tempore magnificus rector fuit d[ominus] Joannes Federicus a Petra, natione Germanus, et prorector Claudius Iauel, Dolanus, per dictum Claudium Iauel prerectorem conscripta.

Fugientem sequitur honor.

Jauel, prorector

[226]

[*am linke Rand*: Joannes Fedricus a Petra Germanus rector creates an[no] 1586]

Claudius Iavel I.V.D. almae academiae Dolanae prorector candido lectori S. P.

Si quae vnquam, candide lector, temporum lugenda calamitas  extiti, si vnquam supernus ille iustus peccatorum nostrorum vindex deus flagella suae vltionis et tela vbrauit, si vnquam

maifestissmae irae suae aequissimos gladius distrinxit, hoc certe anno milesimo quingentesimo octuagesimo sexton mexime fest: saepissime et in veteri testamento et in hystorijs profanorum flagella suae iraecundiae in populum suum immisisse eum legiunt, sed nec um tanto impetus et violentia, neque ita cumulatim. Idololatriam Hebraeorum saepissime ieratam, hostilibus armis vendicauit: Saulis in Gabanoitas peccatum fame super Israel per triennium immissa vltus est. Dauidi regi, eo quod nimerato populo in multitudine hominum poiusquam in potential dei ipsius confisus esst, optionem ex tribus, peste, bello et fame concessit. Ita vt certe et verissime inferred possimus, nunc speculum nostrum idolatria, sacrilegijs, priurijs, dei diffidentia omnibusque alijs vitijs scatere et foedari. Siquidem tria haex pestem, famem et bellum sui iustissimi furoris flagella, non vicissim, sed simul, non leniter, des seuere et maximo cum impetus laxauit. Cum enim anno praecedenti octuagesimo Quinto tanta fuerit imbrim copia et frequenttia, vt neque sata ab immundie bizanijs purgari satis possent, et quae crescebant ad maturitatem integram nonperuenirent aut si quae p[er]uenirent sole non nututa nullam bonam praeberent corporibus alu nouiam nullumque bonum succumb. Imo vero corruptissimum generarent, vmeae vero fructum pene nullum darent, aut si quem daren't immaturum et nullius valoris darent. Nec item animalia foetun libere et naturaliter producerent, tanta tamque vehemens hoc praesenti anno inualuit inedia et fames, vt hic Dolae vendita sit futiri mensural ordinaria quatuor Francis. In quibusdam locis – nouem, vini cota, quam quehuc dit unus, sexaginta, octuaginta tandemque centum, et aliquando centum et viginti Francis. Coetera omnia esculenta non nisi rerissime sint reperta, vti caseus, butyrunm lac, pira, mala hanc nostrum Dolanam appellerent, cibum cum clamore perpetuo postulantes, nonnulli postulando morientes, plurimi in vijs, in vepribus, in nemoribus, in fontibus, in agris, in portis. Ipsius vrbis mortui reperirentur, Quinetiam et aliqua oppida sine inclis aut paucissimis, quod inedia perierint remanserunt, Denique haec famos ita inualuit, vt non aliquot tempore tam violenter inualiusse arbitrrmur. Quae et non solum comitatum hunc Burgundicum, sed et vniuersam Galliam, Italiam caeterasque nobis vieman prouincias, vt apud mos fama erat, diu in fame conseruanuit, eos ob corruptam alimetorum naturam aut continua ardens pestolensque fenris, aliusue – graduis morbis inuasit, aut vero pestilentiae contagio suffecauit. Quaequidem contagion ita crebra fuit, vt pene totus comitatus, imo re vera totus, (de alijs regionibus nihil asserimus) infectus fuerit neque vrbs aliqua aut oppidum luem illum euadere potuerit, quaminus oppidani sese in suis iusticii oppidis sicut et vrbani in suis vrbibus clausis die nocteque custodirent. Et sic fames et pestis populum dei vexabat, coeterum a militum ferocitate et immanitate non fuerunt immune, qui comitatus huius Burgundiae confinia versus Auconienses habitabant, cum etenim in Galliarum regem rebellarent Auxonienses et hoc crimen – suiere nollet rex impunitum, mense Iulio et Augusto exercitum ibi construere coepit, ex quo nihil boni nostril receperunt. Causas huius rebellionis, quia hystoriographum hic non agimus, non narramur. Cum

Iauel prorector

[227]

itaque, vt diximus, totus comitatus acerba illa lue conflagraret, etsi Dolani multum diligentia adhiberent, vt vrbem ab ipsa praeseruarent, tamen quia non q[…]t, qui voluntati dei resistat, euadere non potuerunt. Coepit igitur initio mensis Iulij deus Dolanos pestis flagella visitare et loco senatus parlamenti – camera computorum et collegium Iesuitarum cessauit, sed et etiam

magnificentisimus rector, d[omi]n[u]s Ioannes Federucus a Petra, cuius vices gessimus, clarissimi professors et studiosi omnes huius almae academiae secedere et vrben reliquere coacti sunt. Cum autem praefatus d[ominus] rector incertus esset de suo in hanc vrbem reditu, ne vniuersitatem hanc nostram sine magistratus et capite relinquerert, nobis Clavdio Iavel, Dolano, munus vicerectoris minime (Deum testamur) ambientibus, sponte et propria motu, nulla petitione praecedente, obtulit curamque omnium et p[otes]tatem, quae ad hoc officium pertinet, demandauit, his verbis in tabella scriptis: Nos Ioannes Federicus a Petra, almae vniuersitatis Dolanae rector, substituimus in absentia nostra d[omi]num Claudium Iauellum, huius vniuersitatis procuratorem canonum, eique potestatem plenariam conferimus omnia exercendi quae ad officium prorectoris pertinent. Datum Dolae 6. August[i] anno 1586. signata Ioannes Fridericus a Petra, rector. Quamquidem tabellam se vidisse scriba g[e]n[er]alis huius n[ost]rae academiae conscriptam et supra ex mandato vererandi collegij signo suo manuali testatur.

Ex mandato vernerandi collegij J. Vanzon

Constituimus igitur praesentes hos annales describere, quo melius et officio fungeremur et speciali hoc magnifici d[omini] rectoris mandato obtemperaremus. In quibus nullum oratorium ornatum expectis velimus. Sed solummodo rei, prout temper dicti d[omi]ni mag[nifi]ci et nostro euenit, seriem accipere contentus sis.

Novi rectoris electio

Die decima quinta Aprilis anni millesimi qvingentesimi octuagesimi sexti ex mandato magnifici d[omini] rectoris antiqui Conradi a Rechberg congregato in auditorio legume toto gremio vniuersitatis, clarissimi d[omi]ni professores et officiarij, vitum o[mn]I meodestia refertissimum, doctrina et virtutibus ornatissimum literisque addictissimum d[omin]um Ioannem Fridericum a Petra, natione Germanum, minime .. expertantem (certo .. asserere possumus) communi voto nulloque penitus dissintiente in rectorem magnificum elegerunt, publicaeque de homiciclo iuris ciuilis per syndicum antiquum d[ominum] Stephanum Picquet, nunc I.V.Doctorem, talem pronunciarunt, ita vt vir ille modestissimus multis honestissimus excusationibus praehabitis et reluctationibus praecedentibus coactus sit et quoddammodo vi scholasticorum ipsi gratulantium in cathedram rectoralem portatus, vbi a dicto d[omino] antique rectore insignibus et togis rectoralibus indutus, iusiurandum solenne in minibus oraefati d[omi]ni praestitit, prout solet dierei sequentiumque in officiarius electorum sacramenta statutaria recipit et deinde applause et laetita in aedem diuae Mariae conductus, vbi postquam celebrata est de s[ancto] spiritu missa in domicilius suum reductus est et a prandio more solito ad prata recreationis gratia ab omnibus doctissimis antecessoribus et scholaribus associatur.

Officiariorum electio

Eodem die dominorum scholasticorum suffragiis ante rectoris electionem, vt assolet, in officiarios electi sunt sequentes

J. Iauel prorector

Et primo vir eruditissimus et omni probitate conspicuus d[omi]n[u]s Vincentius Vannod, Sequanus de Rupe Joannis, communibus scholasticorum votis in procuratorem generalem seu syndicum n[ost]rae vniuersitatis electus est.

Secundo autem loco cum elapse antea triennio ad official ipsius academiae scilicet canonum consiliarij, iuris ciuilis procuratoris ac deinde iuris canonici procuratoris licet indignus vocatus fuissem et quodammodo o[m]ni[bu]s scholaribus in exercitio dictorum officiorum (quod sine arrogantia dictum esse velim) me gratum exhibuissem, iterum me Clavdium Iavel, Dolanum, in procuratorem canonum dicti d[omi]ni scholares elegerunt. Quamuis religiosus quidam d[omi]n[u]s Hieronymiani collegij alumnus, nomine Henricus Girard, ab hac mei electione publice appellauit, sibi munus illud appetens, vt inferius post horum pfficiariorum declarationem patebit, dum litem inter nos et scripturas exhibitas proponam.

Deinde vero in iuris ciuilis procuratorem doctissimus et modestissimus d[omi]n[u]s Petrus Sachault, Dolanus, communi omnium scholasticorum eletione assumitur.

In artium procuratorem morum candor et literarum splendore ornatissimus d[omi]n[us] Ioannes Baptista Alix, Dolanus, vnanimi consensus eorundem dominorum scholasticorum seligitur.

Inter consiliarios vero primum locum obtinet sacrorum canonum consiliarius, quiquidem spontanea voluntate dictorum eligentium perdocto et studioso d[omi]n[o] Petro Odilio, Burgundo Vuillaffino, collatues est.

Deinde iuris ciuilis consiliarius a dictis dominis scholaribus per electionem clarissimus virtute et scientijs imbutissimus d[omi]n[us] Clavdivs Belinvs, Vesulanus, creatus est.

Postremo artium consiliaratus per dictos dominos eligentes Clavdio Iavel, Vitreolino, f[rat]ri nostro patrueli amantissimo datus est.

> Iudiciaria lis, quae inter nos Claudium Iauel et praefatum Henricum Girard super canonum procuratione orta est.

Nunc itaque ut pollicitis stemus litem, quae inter nos orta est et dictum d[ominum] religiosum Henricum Girard narrare incipiemus et quicquid in hac causa factum est, ordine exprimemus, non vt nostri memoriam posteritati relinquamus, sed et vt nihil eorum, quae hoc anno gesta sunt, omittamus et ut ex rationibus quae hinc inde propositae sint, possunt illae colligim qzae fauorem omnium generaliter scholasticorum respiciunt, non solummodo Hieronymianorum aut aliorum cöericorum, qui hoc ius sibi quoddammodo vendicabant et laicis non competere arbitrabantur. Igitur statim electione officiariorum facta, cum dictus Girard audiuisset no procuratorem canonum nominari, nescimus quo ductus consilio g[ra]tia statuta ille prouocauit. Postea aulem cum clarissimi domini professoris simul cum antiquis officiarijs (de quorum „amus numero) conclaue inreassent, facta electione noui tunc rectoris, a venerando collegio requisuimus, vt non obstante dicta sua appellation ad iusiurandum admitteremur, cum eum superaremus vocibus. vt patebat, quod nobis statim et sune difficultate concessum est. Interim effluxis diebus aliquot die 19. Aprilis hora octaua matutina, qua nobilis vir Constantius de Maranches gradum doctoratus erat assumpturus, dicto d[omi]n[o] mag[ist]ro Ioanni Friderico a Petra, vt ille me interturbaret in iuris possessione, ad quam me reuerendum collegium

admiserat, supplicem labellum porrexit, quo petebat, electionem de nobis factam susendi, quod cuiusdam doctoris consilio (quem non nominamus) dictus d[ominus] magnificus concessit et sic nobis non licebat die illa in dicto doctorate seden nobis assignatam occupare. Decretum aut huiusmodi intimatum nobis fuit per bidellum generalem circa horam nonam sequemtem: accepto svo amicorum consilio ab hoc decreto prouocauimus ad collegium statumque adiuimus dictum d[ominum] magnificum, ab eoque mandatum petijmus, quo collegium ante horam dicti doctoratus conuocaretur, quod, licet diu, et nullum reluctans concessit, Cuius autoritate circiter horam duodecimam congregatum fuit dictum venerandum collegium et viso libello supradicto auditisque nostris retionibus conseruati sumus in nostra possession, praesente dicto Girard audiente et inuito prae extiunque ei fuit, vt appellationem prosequeretur quam emiserat, Deinde eo requirente congregatum fuit super dicta appellation audienda collegium et vnicuique n[ost]r[u9m mandatum, vt rationes n[ost]ras in scriptis exhiberemus. Cui decreto vt ille pareret, exhibuit sequentia.

Iauel, prorector

[229]

In causa seu lite coram vobis, d[omi]no d[omino] magnifico rectore almae vniuersitatis Dolanae et venerando collegio vertente inter venerabilem d[omnium] Henricum Girard, eiusdem vniuersitatis alumnum et collegij Hieronymiani scholasticum, actorem hinc, contra Claudium Iauel, Dolanum, reum, & parte dicti d[omi]ni Henrici, dum satisfacit appunctuamento vestro, qua sequuntur breui vernorum compendio proponuntur.

Dictam matrem vniuersitatem multis priuilegijs abundare, quibus suos alumnus meritis stipendijs cohonestet.

Inter quae non comtermneridum illud habetur, vt in ea vere scholares ex se possint singulis annis procuratores eligere, qui studiosos defendant et in quantum possunt ab oppressionibus protegant, quos vulgo officiarius vocant iuris canonici, ciuilis, artium et caeteros huiusmodi suffragijs non emendicatis dictorum scholasticorum in praelectionibus suis continue versantium.

Verum ea munera nullu elargienda nisi scholasticis assiduis in additione facultatis cui praefici tanquam procuratoris .. optant et ex optima ratione ne imperiti in eo genere artis compeuantur, qui alijs debent praeluceri.

Haec dum ita sunt, dictus d[omi]n[u]s Girard scholasticus descriptus in matricula et assiduus in iuris canonici praelectionibus die decima quinta Aprilis anno d[omi]ni post sesquimillesimum octuagesimo sexto de more coacto gremio vniuersitatis per sonum campanae legitimis suffragijs et non emendicatis tanquam inter caeteros conspicuous electus est in procuratorem iuris canonici.

Etsi dictus Claudius Iauel duorum suffragiorum munero vnicat dicatam electionem. Quodquidem si ratio habeatur vt de jure est habenda, election dicti Iauel in procuratorem iudicabit quilibet  eam nullam, et ipso iure improbnbandam multis argumentis dum quae sequuntur penitus perpensa fuerint.

In primo est ab ipso emendicata, ita vt priusquam vocati essent studiosi ad electionem dixerit ipsi d[omi]no actori prope diuae Mariae aedem: ferunt multos tibi vouere suffragio suo, officium procuratoris canonum, sed non eris aut virtus meae deficient, quibus verbis facile aperuit ambitum suum, vnde incapax huius muneris iudicari debet, vt de iure planum est.

Adhaec plures in sui gratiam vota dederunt, quibus non fuit licitum.
Inter quod d[omi]n[u]s Picquet recensetur, qui in eius dauorem tulit, licet scholaris non fuerit, quia insignijs et laurea iuris vtriusque doctoratus iam donatus esset, ita incapac suffragiorum mittendorum, velut etiam Claudius Franciscus Duchamp, non enim est scholaris, … priuilegijs academicis gaudere debet, cum in dicta vniuersitate praelectiones sequatur.

Attamen qui vult scholaris dici et scholadtico beneficio frui, debet sui doctoris praelectiones audire saltem bis in hendomada, hic vero nullas audit vel audiuit.

Alioqui imeriti pariter ac benemerentis remunerarentur. Quod iniquum et indictum ita est regijs ordinationibus imper publicatis in suprema curia Dolana.

Nihilominus sussultus ijs vocibus et xuiusdam consanuinei sui Iauel, sibi persuadet id munus procuratoris ad exclusionem dicti d[omi]ni actoris, qui ijs demptis suffragijs inutilibus dacile vincit ipsam electionem dicti Iauel legitimis votibus.

Quodquidem duabus tantum superabat.
Sic sublatis suffragijs v[omi]ni Pisquet, Claudij Francisci Duchamp et consanguinei dicti Iauel, vincit dictus d[omi]n[u]s actor.

Tanto magis quoniam reiecta sunt indebita opera dicti d[omi]ni Picquet et Claudij Iauel suffragia cuiusdam scholaris theologi nomine Iaugerij et Desiderati Brocard, licet omni exceptione maiorum ex is ferent, hinc facile apparet fraus dictae praele..sae electionis.

Succedit quod anno elapse iam id officium exercuerit. ergo non potuit aut debuit sicundo ad idipsum promoueri, cum honorum continiuatio (v test officium procuratoris canonum) prohibentur de iure l. honor sub fin. p. de muneribus et honorib[us] l. nemo 1 C. de assessor[ibus] cum alijs similibus, maxime cum in ea facultate non desint plures alij idonei qui hoc munere fungantur.

Quod hic optima ratione obseruandum venit, namque si humsinodo contumatioenes honorum probantur, foelicis ingenij prouarentur debitis stipendijs laborum, cum nullis honoribus assicerentur.

Potissimum forenses, quia facile Dolani allicerent suffragia vel in dictis honoribus praesisterent.

Licet id munus  illis minus debeatur quam forensibus.

Versantur enim inter suos negotia sua gerentes paucis aut nullis sumptibus studentiis.

E contrario forensic amore scientiae epules fiunt, de diuitibus pauperes, semet ipsos doni aniunt, vitam suam multis periculis exponunt, idcirco praeferendi in dietis honoribus, alijs quibuslibet.

C- Iauel, prorector

[230]

Ne praeferendum sed maxime notandum est, ductum reum nullo parso sequi lectiones professorum iuris canonici , ita vt non debeat praefici illi arti seu facultati quam aspernatur.

Postremp nullum gradum magistri artium aut baccalaureates superioribus annis quibus de gradu in gradum munia dictae vniuersitatis ambiuit, licet id statutum expresse requirat.

Minu in habitu graui et decenti fuit sicut sequitur.

E consiliario dictus actor nullis votis emendicatis electus est in procuratorem, quotidie sequitur perhonest[orum] d[omi]nor[um] professorum iuris canonici ac solam eam prefessionem ampleratur, vir grauis gt., bene meritus de literis, p[res]b[ite]r sacrum faciens diebus d[ome]nicispro dicta vniuersitate, bene moratus, cui magis debetur ir honor quam dicto Iauel, multis alijs rationibus quae committit perperdendas recto iudicio v..tio.

Quare post praevisam dictam electonem de dicto Caludio Iauel petijt dictus d[omi]n[u]s actor sibi adiudicari id officium ad exclusionem sei, legitime motus sese opponere dictae election velut etiam protestari vt protestatur adhic de nullitate praestiti iuramenti per dictum Iauel. Vnde praestatio dicti juramenti vel alij actus nullo pacto illi obesse debet sicut etiam prouisio exercitij dicti officij rationibus supra scriptis.
Haec sunt vera et notoria de quibus laborat vox et fama publica.
Idcitro sedit et concludit dictus d[omi]n[u]s actor, aduersus actum reum et quolibet alios in iudicio vestro sui granastantes ad od quod aequali sentential vestra hac parte ferenda, cassetur et irritetur elictio de dicto Claudio Iauel in procuratorem canonum tanquam emendicata, nulla et de iure improbara, sibi vero adiudicetur tanquam de se legitime facta ad id officium, reuocando prouisionem de eo factam illi Iauel et declarando praestationem iuramenti nullam, sui vero admittendam. Ad quod concludit et alios fines meliores iure implorando nobile pfficium vestrum, et quod supplendum de iure venit, vbi offert probationes necessarias et restitit superfluas.

Quibus omnibus respondendo et excipiendo haec sequential nos proponere voluimus et venerando collegio exhibuimus.

In causa mota et vertente coram vobis magnifoc d[omi]no acadmiae Dolanae rectore totque eiusdem academiae venerando collegio, inter religiosum d[omi]n[u]m Henricum Girard appellanten et deceptionis, quae sequuntur breuiter proponit.

Scilicet validam esse electionem de dicto appellate in procuratorem canonum factam, deberet da.. venerando collegio diffinitiue conformare et dictum appellantem ab iis quod extrafendit remoueri, nouobi tantibus ijs o[mn]ibus quae dictus appellans per labellum suum appellatorium proposuit.

Propterea quod cum vniuersitatis gremium de mandato d[omi]ni antique rectoris ad electionem noui rectoris et officiariorum congregatum esset, cognita doctrina et diligentia qua

haec h….. vsium fuisset dichis appellatur in exercitio officiorum ad quae per triennium elapsum, fuerat vocatus ( quod modes… et sine arrogantia dictum esse velit) veriti scholactici nondum idoneum conspiciunt et manifig„ „„ peribuer cognodverunt in minus ideoneum nondum cognitum inciderent, arbitrate in rebus nouis constituendis non esse recedendum ab eo, quod diu aerpium vtile et commodum visum est, ipsum appellatum proprio motu et consilio nullo ambitu circumverti (maiorve ac samior ddorum pars) in canonum procuratorem eligerunt.

Iuxta quam electionem venerandum collegium numerati aequaque lance ponderatis suffragijs (quicquid appellans in venerandum collegium per supplicem quondam labellum magnificentia rectoris porrectum voluerit objjcere) dictum appellatum propositum et praedictum fuisse declarauit, dumque canonum procuratorem pronuntiant eiusdemque iusiurandum admisit.

Ita vt aduersus ..lichonem a gremio vniuersitatis factam et deinde a vernerando collegio approbatam nihil vltro potuerit objjci meritoque debeat dictus appellatus in procuratorem canonum confirmari.

Nihilominus dictus Girard appellationem emisit, licet non (nisi tenere) potuerit.

A supremo dum udice appellare non licet, vt traditur in l. 1. ff. a quib[us] appel[atio] non lic[et]. Nec est possibile ex eo quod superuir non reperiatur supremo: vniuersitatis autem seu gremium vniuersitatis, a quo talis election profluit, supremum esse constat de statutis iüsois academoae tit. de appell[atione] de ret. e…

In quoo etiam disertis verbis odinatur, quod a sentential vniuersitatis nullo modo possit appellari alioque appellans priuatus sit ipso facto a gremio vniuersitatis.

Adeo quod si iudex ad quem reperiretur, de  eo non esset eius appellation recipienda, quod nullam summam perumae in minibus procuratoris generalis deposuerit, proue ipsum statutum dictat esse faciendum.

Nec obstat quod dictus appellans, sese appellantem in suis scripturis non vocet, sed simpliciter actorem quin potius in suae petitionis articulo 26 sese dictae election opposuisse affirmat.

C. Iauel, prorector

[231]

Quod an virum sit, officio nobili et memriae venerandi collegij, coram quo dictio illa prouoco, prolata fuit ab ipso appelante, dictuem appellans relinquit iudicandum-

Conatat enim cum publice prouocasse et apparet de diereto venerandi collegij, quod exhibit dictu appellation, dontio quod nihil omnino dictus appellans proposuit, sed qulitatem ipsam appellantis factus approbauit.

Ita vt dic decima nona Aprilis huius anni dum esset super hoc negotio ex mandato mag[nifi]ci rectoris conuocatum collegium cindemnatur ille fuerit, vt appelationem suam prosequeretur. Quod tamen non apparet eum facere.

Ex quo manifesto denotatur em.. imperitia aut quod deber… rst contumacia et venerandi collegij di..retorum comtemptus.

Nunc vero dato non tamen concesso huiej appellationem ita friuolem emissam esse rinipirnfsm, nihilomsgid tamen esset diction appellant concedendum id ad quod ipse tendit et concludit.

Incapax est enim omnino huiusmodi numeris, quod sequentibus de causis demonstratur.

Primo, qui quamuis illo se vniuersitatis alumnum dicat, non tamen ostendit, me ostendere posse arbitrator dictus appellatus, ita vt non potuerit gaudere priuilegijs scholasticorum secundum ea quae habentur in statutis academicis tit[ulo] de iuram[ento] fidelit[atis] et obed[ientiae].

Dictum vero appellatum esse matriculate inscriptum docitur ex liberis testimonialibus quae ipse exhibet secondo quod expressa sit iuris canonici rubric. Ne clerici vel mocha secularibus se …lijs immisceant, nemo enim militans dis implicare se debet secularibus negotijs.

Cum igitur dictus appellans sit vir religious, saltem in habitu monachali incidat, talisque iudicetur qualem cum suus habitus demonstrate, non potest dictus appellans rite petere vt sibi adiudicetur munus procuratoris.

Procuratorm enim esse secular negotium est et idcirco expresse monachiae procuratio inhibetur c. i. d. sit ne cleric. vel monac.

Praecipue vero quia procuratoribus seu officiarijs vniuersitatis munus secular incumbit, scilicet studiosos defendere et in quantum possunt ab oppressionibus protegere, iuxta de quae ipsemet in tertio suarum conclusionum articulo narrauit.

